

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**M. Tullius Cicero Mannvciorm Commentariis Illvstratvs  
antiquaeq. lectioni restitutus**

Continens Orationum Volumen Primum

**Cicero, Marcus Tullius**

**Venetiiis, 1583**

M Tullii Ciceronis Actionis II In Verrem Liber I Oratio VI

[urn:nbn:de:gbv:45:1-764059](#)

# M·TVLLII·CICERONIS ACTIONIS·II·IN·VERREM

## LIBER . I

### ORATIO . VI

**N**EMINEM nostrum ignorare arbitror, iudices, hunc per hosce dies sermonem nulgi, atque hanc opinionem populi R. fuisse, C. Verrem altera actione responsorum non fuisse, neque ad indicium aſſuturum. quae fama non iccirco ſolum emanarat, quod iſte certe ſtatuerat, ac deliberauerat, non addeſſe; uerum etiam, quod nemo quemquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur, qui, tam nefarijs criminibus, tam multis teſtibus euincens, ora iudicū adſpicere, aut os ſuum populo R. offendere auerdeſet. eſt idem Verres, qui fuit ſemper, ut ad andendum proiectus, ſic paratus ad audiendum: praefto eſt, respondet, defenditur: ne hoc quidem ſibi reliqui fecit, ut in rebus turpissimis, cum manifesto teneatur, ſi reticeat, & abſit, tamen impudentiae ſuae pudentem exitum quaefiſſe uideatur. patior, iudices, & non moleſte fero, me laboris mei, uos uirtutis uerſrae fructum eſſe laturos. nam, ſi iſte id feciſſet, quod primo ſtatuerat, ut non addeſſet; minus aliquanto, quam mihi opus eſſet cognofceretur, quid ego in acuſatione comparanda, conſtituendaq. elaboraſſem: uerba uero laua tenuis plane, atque obſcura, iudices, eſſet: neque enim hoc a uobis populus R. exspectat, neque eo potest eſſe contentus, ſi condemnatus ſit is, qui addeſſe noluerit, & ſi fortes fueritis in eo, quem

nemo ſit auſus defendere. immo uero adſit, reſpondeat, ſummis opibus, ſummo ſtudio potentifimorum hominum defendatur: certet mea diligentia cum illo-rum omnium cupiditate, uerba integritas cum iſtius pecunia, teſtium conſtantia cum illius patronorum mi-nis, atque potentia, tum deum illa uicta uidebun- tur, cum in contentionem certamenq. uenerint. abſens ſi iſte eſſet damnatus, non tam ipſe ſibi conſuluiſſe, quam iuividiffe uerſrae laudi uidecetur, neque enim ſalutis uilla maior reip. hoc tempore reperiſſi potest, quam populum R. intelligere, diligenter reieciſis ab accuſatore iudicibus, ſocios, leges, remp. ſenatorio conſilio maxime poſſe defendi: neque tanta fortunis omnium perniciſes poſt accidere, quam opinione populi R. rationem ueritatis, integratias, fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari. itaque mibi uideo, iudices, magna, & maxime aegram, & prope depositam reip. partem ſucepiffe, neque in eo magis meae, quam uerſrae laudi existimationiq. feruiffe. acceſſi enim ad in-uidiam iudiciorum leuandam, uituperationemq. tollen- dam; ut, cum haec res pro uoluntate populi R. eſſet iu- dicata, aliqua ex parte mea diligentia conſtituta au- toritas iudiciorum uideretur: poſtemo, ut eſſet hoc iudicatum, ut finis aliquando iudicariae conrouerſiae conſtitueretur. etenim ſine dubio, iudices, in hac cauſa ea res in diſcrimen adducitur.

### EXPLANATIO

**R**E P O N S U R V M non fuisse, & respondet non reus, ſed personam rei uſtinens defenſor: respondet autem actione prima criminibus obiectis, altera uero iterum iſdem criminibus: poſtremus accuſatoris locus eſt. nam, ut dixi iam, in comperendinatione bis utrimequā cauſa agebatua. Reſponsorum igitur accipio, pro, affuturum, ut pro eo reſpondeat Hortenſius. Et inſtra, cum ait: Reſpondet, defenditur: reſponſionem, & deſenſionem Hortenſij ſignificat. Et cum ſubiungit: Si reticeat: itidem ad deſenſorem reſero, pro, ſi non defendatur. nam reus, in iudicio tacebat, deſenſor autem pro eo loquebatur. Aliter Aſconius. E V I C T V S actione prima: O R A iudicū adſpicere, & quibus crima ſua tam multis teſtibus nota eſſe intelligeret. P O P V L O Ro- mano, circa iudicium ſtanti. P R O J E C T V S, & quem nulla ratio, quo minus in omne facinus rueret, continere potuiffet. A D A U D I E N D V M: & ea, quae commiſſit. I P S E ſibi conſuluiſſe, & quia, uitato iu- diicio, impudentiae ſuae pudentem exitum quaefiſſe uideatur. D I L I G E N T E R reieciſis ab accuſatore iudicibus, & quod iam antea factum erat. unde illud actione prima: Et in ſortitione, iſtius ſpem fortuna populi Romani, & in reiſciendi iudicibus mea diligentia iſtorum impudentiam uicerat. A B I U D I C A R I: & abiungi, amoueri, auferri. Prope deſoſtam, & pergit in translatione, quia dixerat, Aegram: & quia, Prope deſoſtam, hic dicit, ſubiungit, Sucepiffe. Prope, autem non addidit ſine cauſa, ſed ut ſpem tamen aliquam oſtenderet fanandae reip. nam ſi, Deſoſtam, ſimpliciter dixiſſet, interitum demonſtrallet. Similiter in Diuin. Fateor me, ſalutis omnium cauſa, ad eam partem acceſſile reip. ſubleuandae, quae maxime laboraret. P A R T E M & iudicia, uere magnam reip. partem, non tam totam remp. H A E C reſ ſuæ nunc in iudicium uenit, cauſa ſciliſet Veris. A L I Q V A ex parte & ſeruit, modeſtiae ſuac. nam ad iudices quoque pertinet eadem laus. C O N S T I T U T A & ne labet, ut antea. V T E S S E T hoc iudicatum, & Vt, pro ubi, uel poſquam. quod ſi ita accipitur, ut omnino ac- ciplendum uideatur: non eſt, cur de mendo ſuſpicari quifquam poſlit. hoc enim dicitur: Acceſſi ad hanc cauſam, ut, ubi de Verre iudicatum eſſet, nulla id de iudicijs inter populum Romanum, or- dinemq.

OITARO

# Commentarius P. Manutij

dñemq. Senatorium controvērsia supereset. IUDICIARIAE controvērsiae. § Verris enim, hominis & nocentissimi, & pecuniosissimi, aut absolutione, aut condemnatione iudicabitur, utrum populus Romanus, qui mutari iudicia uult, an senatus, qui recusat, recte sentiat.

## ORATIO

**R**Ev⁹ est enim homo nocentissimus: qui si condemnatur, definient homines dicere, his iudiciis pecuniam plurimum posse; sin absolvitur, definierunt non de iudiciis transferendis recusare. tameſi de absolutione iſius neque ipſe iam sperat, nec populus R. metuit. de impudentia singulari, quod adeſt, quod responderet, sunt qui mirentur: mihi, pro cetera eius audacia, atque amentia, ne hoc quidem mirandum uidetur. multa enim & in deos, & in homines impie nefarieq. commisit. quorum scelerum poenit agitatur, & a mente consilioq. deducitur. agunt eum praecipitem poenae ciuium R. quos partim securi percussit, partim in vinculis necauit, partim implorantes iura libertatis & ciuitatis in crux sustulit. rapiunt eum ad supplicium dij⁹ patrī, quod iste inventus est, qui e complexu parentum abreptos filios ad necem duceret, & parentes pretium pro sepultura liberum posceret. religiones uero, sacramentaq. omnium sacrorum, fanorumque, uolatae, simulacraq. deorum, quae non modo ex suis templis ablata sunt, sed etiam iacent in tenebris ab isto retrusa, atque abdita, consistere eius animum sine furore atque amentia non sinunt. neque iste mibi uidetur se ad damnationem offere solum, neque hoc auaritiae supplicio communi, qui tot sceleribus se obstrinxerit, contentus esse: singularem quan- dam poenam iſius immanis, atque importuna natura desiderat. non id solum quaeritur, ut, isto damnato,

bona restituantur ijs, quibus erupta sunt: sed & reliquias deorum immortalium expianda, & ciuium R. cruciatus, multarumq. innocentium sanguis iſius supplicio luendus est. non enim furem, sed creptorem; non adulterum, sed expugnatorem pudicitiae; non sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumq.; non sciarium, sed crudelissimum carnificem ciuium, sociorumq. in uestrum iudicium adduximus: ut ego hunc unum eiusmodi reum post hominum memoriam fusse arbitrer, cui damnari expediet, nam, quis hoc non intelligit, iſium absolutum dij⁹ hominibusq. iniurias, tam ex manib⁹ populi R. eripi nullo modo posse: quis hoc non perspicit, praecipere nobiscum actum iri, si populus R. iſius unius supplicio contentus erit? ac non sic statuerit, non iſium maius in se seclusus conceperit, cum sana spoliarit, cum tot homines innocentes necarit, cum ciues R. morte, cruciati, cruce afficerit, cum praedonum duces accepta pecunia dimiserit; quam eos, si qui iſium, tot, tantis, tam nefariis sceleribus cooperatum, iurati sententia sua liberarent? non est, non est in hoc homine cuiquam peccandi locus, iudices: non is est reus, non id tempus, non id consilium; (metuo, ne quid arroganter apud tales viros videar dicere) ne actor quidem est is, cui reus tam no- cens, tam perditus, tam uictus aut occulite suripi, aut impune eripi possit.

## EXPLANATIO

**N**ec populus Romanus metuit. § cognitis iam eius criminibus actione prima. PRO cetera eius audacia, atque amentia, § supra quoque andacem, amentem, impudentem vocavit. ET IN deos, & in homines § propterea dicit infra, Iſum absolutum dij⁹, hominibusq. iniurias. IN deos autem, quod eorum sanctissima simulacula & delubris abstulit. A MENTE, consilioq. deducitur. § inde nascitur eius impudentia. ubi enim & mens, & ratio est, ibi pudor. AGUNT eum praecipitem § ne quis cum adesse, & respondere, desperata absolutione, miretur. QVOS partim § uidelicet. V. IN CRUCEM sustulit. § ut seruos. P. Gauium, municipem Conflanum, significat. AB ISTO retrusa, atque abdita, § obscuris occultata locis, ne sacrilegium pateat. AVARITIAE § ob crimen repetundarum. SVR- PRICIO communi § aestimatione litis, & exilio. SED creptorem; § quasi legum poenas con- minentem. Verris crimina omnia ad apertam uim, oratorio more exaggerans, Cicero dedit. C VI damnari expediret. § impendente, nisi damnetur, grauiore poena. DIIS hominibusq. iniurias, § qui contra deos impie, contra homines crudeliter, auare, libidinose multa commiserit. Rebus prosperis dicitur, Dij⁹, hominibusq. approbantibus. EX MANIB⁹ § non dixit, Ex senten- tijs, sed, Ex manibus, quasi disceptandum propter sclera ab irato populo. quod infra confirmatur ijs uerbis: Si iſum uiuum ad aliud iudicium perducerem potuerimus. NOBISCVM § cum ordine senato- rio. CONTENTVS erit? § lata enim hoc anno per Pompeium consulem lege tribucinia, arripere tri- bunis pl. quoſcumque uellent, & ad populum attrahere licebat. de qua lege act. I. his uerbis: Vident, adhuc post legem tribuniciam unum senatorem uel tenuissimum esse damnatum. TOT, tantis, tam ne- fariis sceleribus § augent singula, ut lib. II. Tot, & tantae, & tam graues ciuitates. NON EST, non est in hoc homine cuiquam peccandi locus, § peccare in hoc reo licet nemini. Iteratio, Non est, non est, & uim auget, & quasi ad minandum pertinet. tale illud pro Fonteo: Fuit, fuit illis iudicibus diuinum, ac singulare iudices, consilium. NON id tempus, § laborat enim nunc uel maxime senatorius ordo in- famia iudiciorum. itaque iudicibus danda opera est, ut conceptam turpidinem deleant potius in hac cauſa, quam augent. NON id consilium, § iudicium integerrimorum: itaque corruptores, quod sperent, non habent.

ORATIO

## O R A T I O

**H**is ego iudicibus non probabo, C. Verrem contra leges pecunias cepisse & sustinebunt tales nisi, se tot senatoribus, tot equitibus. R. tot hominibus benefissimis ex tam illustri provincia, tot populorum, priuorumq. litteris non credidisse? tantae populi R. voluntati restitisse? sustineant. reperiemus, si istum viam ad aliud iudicium perducere potuerimus, qui bus probenuis, illum in quaestura pecuniam publicam, Cn. Carboni consuli datam, auertisse: quibus persuaderamus, illum alieno nomine a quaefloribus urbanis, quod priore actione didicisti, pecuniam abstulisse. Erunt, qui & in eo quoque audaciam eius reprehendunt, quod aliquot nominibus de capite, quantum comodum fuerit, frumenti decumanii detraheret. Erunt iam fortasse, iudices, qui illam eius peculatum uel uerime uindicandum putent, quod iste M. Marcelli, & P. Africani monumenta, quae nomine illorum, re nera populi R. & erant, & habebantur, ex fatis religiosissimis, ex urbibus sociorum, atque amicorum non dubitauerit auferre emiserit ex peculatus etiam iudicio: meditetur de dueibus hostiis, quos accepta pecunia liberauit: uidet, quid de illis responderet, quos in eorum locum subditos domi suae reservauit, querat, non solum quemadmodum nostro criminis, uerum etiam quo pecto suae confessioni possit meneri. meminerit, se priore actione clamore populi infesto, atque inimico excitatum, confessum esse, duces a se praedonum securi non esse percussos; se iam tam esse ueritum, ne sibi crimini daretur, eos ab se pecunia liberatos. fateatur id, quod negari non potest, se priuatum hominem praedonum duces uiuos, atque incolumes domi suae, postea quam Romanum redierit, usque dum per me licuerit, tenuisse. hoc in illo maiestatis iudicio si licuisse sibi ostenderit, ego oportuisse concedam. ex hoc quoque euaserit: proficisci ratio, quod me iampridem uocat populus R. de iure enim libertatis, & ciuitatis suum putat esse iudicium, &

RETE PUTAT. confringat iste sane uia sua consilia senatoria; quaestiones omnium perrumpat; cuolet ex uestra seueritate: mibi credite, artioribus apud populum R. laqueis tenebitur. credit ijs equitibus R. populus R. qui ad uos ante produci testes, ipsis inspectantibus ab isto ciuem R. qui cognitores homines honestos daret, sublatum esse in crucem dixerunt. credent ornes v & xx tribus homini gravissimo, atque ornatissimo M. Anno, qui se praesente ciuem R. securi percussum esse dixit. audietur a populo R. vir primarius, eques R. L. Flavius, qui suam familiarem Herennium negotiatorem ex Africa, cum cum Syracusis amplius centum ciues R. cognoscerent, lacrymantesq. defendenter, pro testimonio dixit, securi esse percussum, probabit fidem, & auctoritatem, & religionem suam L. Suetius, homo omnibus ornamentis praeditus, qui iuratus apud uos dixit, multos ciues R. in Latiniis istius imperio crudelissime per vim morte esse multatos. Hanc ego causam cum agam beneficio populi R. de loco superiore, non uero, ne aut illum uis ulla ex populi R. suffragiis eripere, aut a me ullum munus aedititatis amplius, aut gratias populo R. esse possit. Quapropter omnes in hoc iudicio conuentur omnia. nihil est iam, quod in hac causa peccare, iudices, quisquam, nisi uestro periculo, possit. mea quidem ratio cum in praeteritis est rebus cognita, tum in reliquis explorata, atque prouisa est. ego meum studium in rem. iam illo tempore ostendi, cum longo interuallo ueterem consuetudinem retuli, & rogatu sociorum, atque amicorum populi R. meorum autem necessariorum, nomen hominis andiscissimi detuli. quod meum factum lectissimi viri, atque ornatissimi, quo in numero & uobis complures fuere, ita probarunt, ut ei, qui istius quaestor fuisset, & ab isto laesus inimicitias uitas persequeretur, non modo deferendi nominis, sed ne subscrivendi quidem, cum id poslularet, facerent potestatem.

## E X P L A N A T I O

**V**I V V M? elapsus enim iudicum sententijs ex hoc iudicio, manibus fortasse populi disperpetur. **A D. ALI V D.** iudicium? de peculatu: ut apud alium praetorem, aliosq. iudices cum accusem. **CN. CARBONI?** iterum consuli, Marianarum partium duci: cui Galliam prouinciam sortito quaeflor Verres obtigit. **Intra:** Carbo grauiter ferebat, sibi quaestorem obtigisse hominem singulari luxuria, atque inertia: uerum tamen ornabat eum beneficijs, officijsq. omnibus. Ne diutius teneam: pecunia attributa numerata est: profectus est quaestor in prouinciam: uenit in Galliam ad exercitum consolare cum pecunia: simul ac primum ei occasio uisa est, auersa pecunia quaestor consulem, exercitum, prouinciamq. deseruit. **A L I E N O nomine?** Carbonis nomine, Pedianus ait: quod aperte falsum. nam de pecunia, quam Carboni datam auertit Verres, proxime dictum est. Idem subiungit uerorem, ut arbitror, interpretationem. **Alieno nomine:** sumptam a quaestoribus ad emptionem frumenti, quam Siculis non per soluit. **Q V O D** priore actione didicisti,? non ex ipsa oratione, quae nihil habet eiusmodi, sed ex testibus a Cicerone productis, qui ad priorem actionem pertinent. itaque dixit tam: Nemo quemquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur, qui tam nefariis criminibus, tam multis testibus euictus, ora iudicium adspicere, aut os suum populo Romano contendere auderet. Eiusdem generis est illud infra: Meminerit, se priore actione clamore populi Romanorum. &c. Et illud: Credet ijs equitibus populus Romanus, qui ad uos ante produci testes, ipsis inspectantibus ab isto ciuem Romanum, qui cognitores homines honestos daret, in crucem sublatum esse dixerunt. **D E C A P I T E,**? de toto frumento decumano, a decumanis promisso ad leuandam anno-

nam

nam populi Romani. Fecit autem id Verres non tam eorum gratia, qui ab ipso decumas redemant, quod existimasse uidetur Asconius, quam ut id, quod aliquot nominibus, id est fictis adumbratisq. causis, de capite frumenti decumani detrahebat, ad ipsum quadam ex parte perueniret. quod ex lib. IIII. perspicue cognoscitur. *QVANTVM commodum fuerit*, & quantum ei libuerit. Quo sensu insignem Verris audaciam ostendit: ut summam Philodami liberalitatem, cum dixit infra: Rogat Rubrium, ut, quos ei commodum sit, inuitet: pro, quo scumque uelit. Et summam Verris iniustitiam in eo: Cur hunc dolorem cineri eius, atque offibus inuicti, ut liberis eius bona patria, uoluntate patris, iure, legibus tradita, eriperet, & cui tibi esset commodum, condonares? Lib. II. Eum iudicem, quem commodum erat, praeconem, haruspicem, medicum suum dabat. Lib. IIII. Cum is, non quantum debetur, sed quantum commodum est, auferat? Ibidem: Si cui ciuitati soluit, tantum detraxit, quantum commodum fuit. Et: Neque enim id, quod debebat, sed quantum commodum fuit, imperauit. M. MARCELLI, & P. Africani monumenta, & act. I. Idem iste praetor monumenta antiquissima partim regum locupletissimorum, quae illi ornamento urbibus esse uoluerunt, partim etiam nostrorum imperatorum, quae uictoribus ciuitatibus Siculis aut dederunt, aut reddiderunt, spoliauit, nudauit, omnia. De his monumentis lib. IV. *De ducibus hostium*, & hoc ad maiestatis iudicium pertinet. LIBERAVIT: & haec tota res lib. V. narratur. PRIORE actione cum testes interrogarentur. PRIVATVM hominem, & laeditur maiestatis publica, cum homo priuatus duces hostium domi suaen tenet. PER ME qui, ut in publicam custodiad traderentur, effici. QVO ME iam pridem uocat populus Romanus. & nam & peculatus, & maiestatis crimina ad praetores pertinent: ius autem libertatis immunitae populus Romanus, ut ad se pertinens, persequitur. VI sva & ui pecuniae sua. CONSILIA senatoria & iudices, qui sedent, aut sedebunt in eum, de repetundis, peculatu, maiestate. QVASTIONES & de publicis criminibus. EVOLET & translati verbis, eodem spectantibus, uititur. Confiniat, Vi, Perrumpat, Euolat, Tenebitur. QVI COGNITORES homines honestos daret, & qui testimonio probaret hominum honestorum, se ciuem Romanum esse. lib. V. OMNES & xxx tribus & quae de reo Verre suffragium ferent. Populus Romanus de uno perduellionis criminis centurias comitiis iudicabat; de ceteris autem, tributis. M. ANNO & hoc, & quae sequuntur, cognoscit ex lib. V. BENEFICIO populi Romanus & qui me aedilem creauit. DE LOCO superiore, & de Rostris. VLLVM munus aedilitatis & munera aedilium cur. erant ludi: & Cicero ipse trinos ludos dedit: ut in oratione pro Murena. IN PRAETERITIS relbus & quae statim exponentur. Prima est: Ego meum studium in remp. iam illo tempore ostendi. Altera: In Siciliam sum inquirendi causa profectus. Tertia: Ita reieci iudices. MEA quidem ratio & id, quod ad me attinet. Huius uocabuli uis intelligi magis, quam exprimi potest. intelligitur autem obseruatione multorum exemplorum, ut in ep. ad Lentulum: Mea ratio fuit alia, quod, neque desipiente populo, neque integra re mihi ad consulendum, capellerem ne remp. implicatus tenebar. Ad Appium: Qvo mea ratio facilior, & solutior esse posset. Ad eundem: Mea ratio in tota amicitia nostra constans & grauis reperitur. EXPLORATA, & certa. PROVISA & munita consilio, & fide. VETEREM & ut homines idonei, atque integri ad accusandum descendenter. QVO IN NUMERO euobis complures fuere, & mutatio consilij, ut arbitror, facta non erat: sed post reiectionem non omnes, qui de accusatore legendio iudicauerant, iudicando Verre federunt. reiectione autem, postquam e Sicilia Cicero rediit, non ante contentionem de accusatore constitendo, facta est: ut paulo post exponitur.

## ORATIO

**I**N Siciliam sum inquirendi causa profectus. quo in negotio industriam meam celeritas renditionis, diligentiam multitudine literarum & testium declaravit: pudorem uero, ac religionem, quod, cum uenissim senator ad socios populi R. qui in ea prouincia quaestor fuisset, ad hospites meos, ac nec essarios caussae communis defensor diuerti potius, quam ad eos, qui a me auxilium petiuerint. nemini meus aduentus labori, aut sumptui neque publice, neque priuatim fuit. uim in inquirendo tantam habui, quantam mibi lex dabant, non quantam habere poteram islorum studio, quos iste uexarat. Romam ut ex Sicilia rediit, cum iste, atque istius amici, homines lauti, & urbani, sermones huiuscmodi dissipassent, quo animos testium retardarent, me magna pecunia a uera accusatione esse deductum: tametsi probabatur nemini, quod ex Sicilia testes erant & qui quaestorem me in prouincia cognoverat, & binc homines maxime illustres, qui ut ipsi noti sunt, sic nostrum unumquemque optime norunt; tamen usque eo

timui, ne quis de mea fide, atque integritate dubaret, donec ad reiiciendos indices uenimus. sciebam, in reiiciendis iudicibus non nullos memoria nostra passionis suspicionem non uitasse, cum in ipsa accusatione eorum industria, ac diligentia probaretur. ita reieci iudices, ut hoc constet, post hunc statum rei, quo nunc uitimus, simili splendore, & dignitate consilium nullum fuisse. quam iste laudem communem ait 'sibi esse meum: qui cum P. Galbam indicem reieciisset, M. Lucretium retinuit: & cum eius patronus ex 'zo quaereret, cur suos familiarissimos, Sex. Peduca cum, Q. Confiduum, Q. Iunium reiici passus esset, respondit, quod eos in iudicando nimium sui iuris, sententiaeque cognosceret. itaque, iudicibus reiectis, sperabam iam onus memini uobiscum esse commune: putabam, non solum notis, sed etiam ignotis probatam meam fidem esse, & diligentiam. quod me non fecellit. nam comitiis meis, cum iste infinita largitudo contra me ueteretur, populus R. iudicauit, istiu & pecuniam, quae apud me con-

tra fidem meam nihil potuisset, apud se contra honorem meum nihil posse debere. quo quidem die primum iudices citati in hunc reum conseditis, quis tam inimicus huic ordini fuit, quis tam nouarum rerum, iudiciorum, iudiciumq. cupidus, qui non conspectu, confessuq. uero commoueretur? cum in eo uestra mibi dignitas fructum diligentiae referret, id sum asscutus, ut una hor. qua coepi dicere, reo audaci, pecunioso, profuso, perditio spem iudicij corrumpendi praeciderem: ut primo die resum tanto numero citato populus R. iudicata-

ret, ipso absoluto remp. stare non posse: ut alter dies amicis istius, & defensoribus non modo spem uictoriae, sed etiam uoluntatem defensionis auferret: ut tertius dies sic hominem prosterneret, ut, morbo simulato, non quid responderet, sed quemadmodum non responderet, deliberaret. deinde reliquis diebus, his criminiibus, his testibus, & urbanis, & provincialibus, sic obrutus, atque oppressus est, ut, his ludorum diebus interpositis nemo istum comperendinatum, sed condemnatum iudicaret.

## EXPLANATIO

**V**IM in inquirendo curam, & diligentiam. **Q**UANTAM mibilex dabit, & dabit, ut ea tantum colligerem, quae ad repetundarum crimen pertinent. **L**AVTI, & urbani, & ironia: quasi turpiter, & inurbane se gesserit, cum eiusmodi sermones de se immerente dissiparent. **Q**VI CVM P. GALBAM, & uirum integerimum. **M. LVCRETIVM**, cum Galba non conferendum. quem Cicero postea reicit. Haec subiunguntur, ut refellatur illud: Quam iste laudem communem ait sibi esse mecum. **E**IVS patronus, Hortensius. **R**EIICI passus esset: Asconius reiectionem fieri primum a reo, deinde ab accusatore putat: quod uerissimile uidetur: itaque, Reici passus esset, interpretatur, reieccisset ipse nam, ne reiicerentur ab accusatore, qui poterat ob sistere? **V**OBISCVM esse commune. & ut ego diligenter accusarem, nos seuere iudicaretis. infra: Ego, quod ad me attinet, uici. Et post: Vos, quod ad uestram famam, existimationem, salutemq. communem pertinet, iudices prospicite, atque consulite. **N**ON SOLVM notis, sed etiam ignotis & qui me norunt, & qui ignorant. sic in ep. ad Lucceum: Simulacra corporis ignotis nota faciebant. pro, ijs, qui non nouerant. **F**IDE M, & diligentiam. & quae duae res ab accusatore postulantur. Hoc est, quod in Diuinatione dixit: Cum hoc unum his tot incommodes remedium esse arbitrarer, ut homines idonei, atque integri causam reip. legumq. susciperent. **C**OMITII meis & aedilicijs. **L**ARGITIO N, qua usus iam erat consularibus, praetorijsq. comitijs, ut Q. Metellus consul, M. Metellus praetor designaretur. **N**IHL potuisset, & le quoque tentatum Verris pecunia significat, ut actione prima, cum dixit: Istius insidiae nefariae, quas uno tempore mihi, uobis, M. Glabriom praetori, socijs, exteris nationibus, ordini, nomini denique senatorio facere conatur. Et ibidem apertius: Fecit animo libentissimo populus Romanus, ut cuius diuitiae me de fide deducere non potuerint, ne eiusdem pecunijs de honore deicerer. **D**ILIGENTIAE & qua usus essem in reiiciendis iudicibus. **H**IS LVDORVM diebus singit respondisse Verrem post binos ludos.

## ORATIO

**Q**UAPROPTER ego, quod ad me attinet, iudices, uici. non enim spolia C. Verres, sed existimationem populi R. concupini. meum fuit, cum causa accedere ad accusandum: quae causa fuit iustior, quam a tam illustri prouincia defensorum constitui, & deligi: reip. consulere: quid iam reip. honestius, quam in tanta inuidia iudiciorum adducere hominem, cuius damnatione totus ordo cum populo R. & in laude, & in gratia possit esse? ostendere, ac persuadere, hominem noventem adductum esse: quis est in populo R. qui hoc non ex priore actione abstulerit. omnium ante damatorum sclera, furtu, flagitia, si in unum locum converantur, uix cum huius perna parte aequari, conferre posse? Vos, quod ad uestram famam, existimationem, salutemq. communem pertinet, iudices, prospicite, atque consulite. splendor uester facit, ut pecare sine summo reip. detrimento, ac periculo non possit. non enim potest sperare populus R. esse alios in senatu, qui recte possint iudicare, uos si non potueritis. necesse est, cum de toto ordine desperarit, aliud genus hominum, atque aliam rationem iudiciorum requirat. hoc si uobis ideo lenius uidetur, quod putatis onus esse graue, & incommodum, iudicare: intelligere debetis, primum interesse, utrum id onus uosmetipsi reieceritis, an quod probare populo R. fidem uestram, & reli-

gionem non potueritis, eo uobis iudicandi potestas erupta sit. deinde etiam illud cogitate, quanto periculo uenturi simus ad eos iudices, quos propter odium uestri populus R. de uobis uoluerit iudicare. uerum uobis dicam id, quod intellexi, iudices. homines sciret e esse quosdam, quos tantum odium uestri ordinis teneat, ut hoc palam iam dicitur, se istum, quem sciant e esse hominem improbissimum, hoc uno nomine absolu uelle, ut ab senatu iudicia per ignominiam, turpitudinemq. auferantur. Haec me, iudices, pluribus uerbis uobis cum agere coagit non timor mens de uestra fide, sed spes illorum noua: quae cum Verrem a porta subito ad iudicium retraxisset; nonnulli suspicati sunt, non sine causa illius consilium tam repente esse mutatum. nunc ne nouo querimoniae genere uti possit Hortensius, & ea dicere, opprimi reum, de quo nihil dicat accusator; nihil esse tam periculosum fortunis innocentium, quam tacere aduersarios; & ne aliter, quam ego uelim, meum laudet ingenium, cum dicat, me, si multa dixisset, subleuaturum fuisse eum, quem contra dicere; quia non dixerim, perdidisse: morem illigeram: utar oratione perpetua; non quoniam hoc sit necesse; uerum ut experiar, utrum ille ferat molestius, me tunc tacuisse, an nunc dicere.

EXPLA-

Q.

## EXPLANATIO

**N**ON ENIM spolia C. Verris, & tamquam de hoste deuicto, quae autem spolia? ut, eo condemnato, litem ei aestimatam uidetur. EXISTIMATIONEM populi Romani? ut bene de me populus Romanus existimaret, quem uideret cum causa accessisse ad accusandum, id est, reum nocentissimum in iudicium adduxisse, eumq. ita accusasse priore actione, ut neque fidem meam, neque diligentiam desiderare quisquam posset. TOTVS ordo? senatorius. ET IN laude, & in gratia? dixit idem ad. 1. Suscipe cauillam senatus, ut is hoc iudicio probatus, cum populo Romano & in laude, & in gratia esse possit. VOS, quod ad uestram famam, existimationem, salutemq. pertinet, iudices, prospicite, atque consulite. & nam ego, quod ad me attinet, nici. Quod supra dictum est. SPLENDOR uester? uestra dignitas: ut paullo ante: Cum in eo uestra mihi dignitas fructum diligentiae referret. FACIT, & similiter locutus in ep. ad Matium: Tua dignitas facit, ut animaduertatur quidquid facias. ALIVIUS genus hominum, & equites Romanos. A&T.1. Constat inter omnes, post haec constituta iudicia, quibus nunc utimur, nullum hoc splendore, atque hac dignitate consilium fuisse. hic si quid erit offendit, omnes homines non iam ex eodem ordine alios magis idoneos, quod fieri non potest, sed alium omnino ordinem ad res iudicandas quaerendum arbitrabuntur. NOVO querimoniae genere? quis enim in ullo umquam iudicio questus est, quod accusator contra reum pauca diceret. Notat hic quoque infidias Hortensij, qui cauillam producere ad annum sequentem omni arte ac ratione conaretur. NE ALITER, quam ego uelim, meum laudet ingenium; & non enim ex eo laudari cupio, quod reum prodiderim, quia pauca dixerim. in quo me laudaret Hortensius, siquidem diceret, id quod ab eo dici non patiar, (utar enim oratione perpetua: morem illi geram) me, si multa dixissem, reum subleuaturum fuisse. nam, et si reum agente me condemnari cupio: non tamen ex breuitate orationis, sed ex copia potius, & accurata singulorum criminum explicatione ingenij laudem peto. NON quoniam sit necesse; & cum ex priore actione satis constet reum absolui non posse.

## ORATIO

**H**IC tu fortasse eris diligens, ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam: nisi omni tempore, quod mihi lege concessum est, abusus ero, querere, denn atque hominum fidem implorabis, circumueniri C. Verrem, quod accusator nolit tamdiu, quam diu liceat, dicere. quod mihi lex mea cauilla dedit, eo mihi non uti non licebit? nam accusandi mibi tempus mea cauilla datum est, ut possem oratione mea criminis cauillamq. explicare. hoc si non utor, non tibi iniuriam facio, sed de meo iure aliquid, & commodo detrabo. Caussam enim, inquit, cognosci oportet. Eare quidem, quod alteri condemnari reus, quamvis sit nocens, non potest. id igitur tu molestie tulisti, a me aliquid factum esse, quo minus iste condemnari posset? nam, cauilla cognita, possunt multi absolui; incognita quidem, condemnari nemo potest. adimo enim comprehendinatum; quod habet lex in se molestissimum; bis ut cauilla dicatur. quod aut mea cauilla potius est constitutum, quam tua; aut nihil tua potius, quam mea. nam si, bis dicere, est commodum: certe utriusque commune est. sin cum, qui posterius dixit, opus est redargui: accusatoris cauilla, ut bis ageretur, constitutum est. Verum, ut opinor, Glaucia primus tulit, ut comprehendinaretur reus. antea uel iudicari primo poterat, uel, Amplius, prouinciari. utram igitur putas legem molliorem: opinor, illam ueterem; qua uel cito absolui, uel tarde condemnari licebat. ego tibi illam Aciliam legem restituo: qua lege multi semel accusati, semel dicta cauilla, semel auditis testibus condemnati sunt, nequaquam tam manifestis, neque tantis crimibus, quantis tu conuinceris. puta te non hac tam atrocis, sed illa lege mitissima cauillam dicere. accusabo: respondebis. testibus editis, ita mittam in consilium, ut, etiam si lex ampliandi faciat portatam, tamen isti turpe sibi existimant, non primo indicare. Verum, si cauillam cognosci opus est, parum ne cognita est? dissimilamus, Hortensi: quod saepè in dendo experti sumus. quis nos magnopere attendit umquam, in hoc quidem genere cauillarum, ubi aliquid eruptum, aut ablatum a quopiam dicitur? non ne aut in tabulis, aut in testibus omnis exceptatio iudicium est? dixi prima actione, me planum esse factum, C. Verrem HS quadrungentes contra abstulisse. quid? hoc planus egisset, si ita narrasset. Dio quidam fuit Halesinus: qui, cum eius filio, practore Sacerdote, hereditas a propinquo permagna uenisset, nihil habuit neque negoti, neque controversiae. Verres, simul ac tecum prouinciam, statim Messana litteras dedit, Dionem euocauit, calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hereditatem Veneri Eryciniae commissam esse dicerent. hac de re ostendit se ipsum cognitum. possum deinceps totam rem explicare, deinde ad extremum id, quod accedit, dicere, Dionem HS decies centena millia numerasse, ut cauillam certissimam obtineret; praeterea greges equorum eius istum abigendos curasse; argenti uelisq. stragulae quod fuerit, curasse auferendum. haec neque cum ego dicerem, neque cum tu negares, magni momenti nostra esset oratio. quo tempore igitur aures index erigeret, animumq. attenderet: cum Dio ipse prodiret; cum ceteri, qui tum in Sicilia negotijs Dionis interfuerint; cum per eos ipsos dies, per quos cauilla Dio diceret, reperiueretur, pecunias sumpuisse mutuas, nomina sua exegisse, praedia uendidisse; cum tabulæ uirorum bonorum proferrentur; cum, qui pecuniam Dioni dederunt, dicent se iam tum audisse, eo nummos



mos sumi, ut Verri darentur; cum amici, hospites, patroni Dionis, homines honestissimi; haec eadem se audisse dicent. opinor, cum haec fierent, tum uos audiretis, sicut audiatis, tum causa agi uideretur. sic ame sunt acta omnia priore actione, ut in criminibus omnibus nullum esset, in quo quisquam uestrum perpetuum accusationem requirat. nego esse quidquam a testibus dictum, quod aut uestrum cuiquam esset obscurum, aut cuiusquam oratoris eloquentiam quaereret. etenim sic me ipsum egisse memoria tenetis, ut in testibus interrogandis omnia crimina proponerem, & explicarem; ut, cum rem totam in medio proposuisset, tum denique testem interrogarem. itaque non modo nos, quibus est iudicandum, nostra crimina tenitis: sed etiam populus R. totam accusationem causamq. cognovit. Tametsi ita de meo facto loquor, quasi ego illad meu noluntate potius quam uestra iniuria adductus fecerim. interposuitis accusatorem, qui, cum ego mihi c. & x dies solos in Siciliam postulasse, c. & i i x sibi in Achiam postularet: menses mihi tres cum eripuissestis, ad agendum maxime appositos; reliquum omne tempus huic anni me uobis remissum pacatis: ut, cum horis nostris nos essemus usi, tu, binis ludis interpositis, quadragesimo post die respondores; deinde ita tempus duceretur, ut me a M. Glabrone praetore, & a magna parte hominum iudicatum ad praetorem alium, indicaret, alios ueniremus. haec si ego non uidissem; si me non omnes notignoti, monuissent, id agi, id cogitari, in eo laborari, ut res in illud tempus reijceretur: credo, si meis horis in accusando uti uoluisssem, uererer, ne mihi cri-

EXPLANATIO

mina non suppeteren, ne oratio deesset, ne vox uiresq. deficerent, ne, quem nemo prima actione defendere ausus esset, eum ego bis accusare non possem. ego meū consilium tum iudicibus, tum populo R. probau. nemo est, qui alia ratione istorum iniuriae, atque impudentiae potuisse obisti arbitratur. etenim, qua flutitia fuisset, si, quam diem, qui istum eripiendum redemerunt, in cautione uiderunt, cum ita cauerent, si post kal. Ian. in consilium iretur; in eam diem ego, cum potuisse uitare, incidissem? nunc mibi temporis eius, quod mibi ad dicendum datur, quoniam in animo est causam omnem exponere, habenda ratio est diligenter. itaq. primum illum actum istius uitae turpissimum, & flagitiosissimum praetermittam: nihil a me de pueritiae suae flagitiis, peccatisq. audiet: nihil ex illa impura adolescentia sua: quia qualis fuerit, aut ministerialis, aut ex isto, quem sui simillimum produxit, recognoscere potestis. omnia praeteribo, quae mibi turpia dictu uidebuntur; neque solum, quid istum audiire, uerum etiam quid me deceat dicere, considerabo. uos, quaequo, date hoc, & concedite pudori meo, ut aliquam partem de istius impudentia reticere possim. omne illud tempus, quod fuit ante quam iste ad magistratus, remq. publicam accessis, habeat per me solutum, ac liberum. sileatur de nocturnis eius bacchanalibus, ac uigiliis: lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat: damna, dedecora, quae res patris eius, aetas ipsius pertulit, praetererantur: lucretur indicia ueteris infamiae: patiatur eius uita reliqua me hanc tantam iacturam criminum facere.

**A**DIMO enim comperendinatum: quod ad me attinet, priore contentus actione sum: nec video, cur tu id queri debeas, Hortensi. adimo enim tibi comperendinatum, id est causae iterum agentiae molestiam. **L**EX: de repetundis, Cornelia, quam L. Sulla tulit. nam ceterae uerustiores, Seruilia, Aclia, Calpurnia. **A**CCUSATORIS **c**aussa, qui cum ultimo loco in comperendinatione dicat, defensorem redarguit. ita melior eius, quam defensoris, condicio est. **G**LAUCIA: C. Seruilius Glaucia, is, qui cum Saturnino tribuno pl. in populari seditione praetor est interfactus. **P**RIMVS: ergo idem postea latum est, hac uidelicet lege, qua causa Verri agebatur. **T**VLIT, aut praetor, aut tribunus pl. **V**EL indicari primo poterat, putat Asconius, Iudicari, esse Absolui: cum sequatur: Vel cito absolui, uel tarde condemnari: sed ampliationem credit esse necessariam, quae tamen ex uoluntate iudicium pendebat, & ex causae obscuritate naseebatur. **I**LLAM ueterem, quae fuerat ante legem Seruiliij Glauciae. nam, et si comperendinationem non habebat, in eo tamen erat mollior, quam Seruilia, quia iudicibus uel cito absoluendi, uel tarde condemnandi potestatem dabat. Ea fuit Aclia lex, quam tulit pater M. Aclii Glabronis, qui praetor erat in causa Verri. **A**ct. I. Fac tibi paternae legis Acliae ueniat in mentem. **I**LLAM Acliam legem: Seruilia molliorem. **S**EMEL dicta causa, ergo, sine ampliatione, condemnari teus Aclia lege poterat. Cur igitur dixit: Qua uel cito absolui, uel tarde condemnari licebat? Vt ostendat, non necessariam, sed in potestate iudicium ampliationem fuisse. nam, Licebat, non est, necesse erat, aut oportebat, sed poterat: si modo causa postularet, itaque multi sine ampliatione condemnati: quod infra dicitur: alij cum ampliatione absoluti, ut, acculaente Africano minore, L. Cotta: cuius causam septies ampliata, postremo absolutum, scripsit Valentius lib. I I X. cap. 1. Nec moueor, quod hic de Aclia lege sermo est, iudicium autem Cottae non Aclia, sed Calpurnia, quam de repetundis primus omnium L. Piso Frugi tribunus pl. Marcio & Manilio eos tulit, esse factum, historiae peritis facile est intelligere. constat enim, utriusque legis ampliationem fuisse: cum alijs tamen rebus Aclia differret a Calpurnia, ut recentiores omnes leges a superioribus. **H**AC TAN atroci, Cornelia L. Sulla, qua tunc utebantur. Atrocem uocat, quia posteriores quaque leges duriores, cum omnes, temporibus admoniti, auctis quotidie uitij, aliquid adderent. **I**LLAS Aclia, molliore non solum, quam Cornelia, omnium postrema, sed etiam quam Seruilia, ante Corneliam proxima. **I**TA mittam in consilium, iudices, ad sententiam ferendam. Dicit autem, Ita mittam, pro, ita cognita ex testibus causa, mittam. **A**mpliandi faciat potestatem, hic quoque lo-

cus, licuisse iudicibus Aclia lege non ampliare, demonstrat. COMMISSAM esse debitam. Comiti dicitur hereditas, cum ab eo herede, qui testamentum non obseruauit, ad alium deuoluitur. Infra: Petant hereditatem, quod eam palestrae commissam esse dicant. Sic in ep. ad Thermum: Commissae hypothecae, alieni iuri factae, debitore ad diem non soluente. HS DECIES centena millia tringinta scutariorum millia. CERTISSIMAM quam perdere nullo iure posset. NOMINA sua quod ei debebatur. SICVT auditis ex testibus priore actione. VESTRA iniuria in Verrem, & Hortensium. MENSES tres qui sunt ante nonas Sext. quo die agi causa coepit est. ERIPVISETIS, accusatore interposito. cuius ex Achaea redditum eportebat exspectari: quod eius prior erat accusandi locus, quia biduo breuiorem, quam ego, diem inquirendi postulasset, sed ille tantum abest ut in Achiam iuerit, ut ne Brundisium quidem peruenir: ut ex eo facile patarent infidiae Verris, qui Achaeum istum inquisitorem induxit, non ut quemquam accusaret, sed ut mihi, exspectatione redditus eius ex Achaea, tres menses eriperentur, sicuti crepti sunt. nam accusatio coepit nonis Sext. Hac de refacta act. i. Ille Achaeus inquisitor ne Brundisium quidem peruenit: ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obji, ut omnium populorum, priuatorumq. litteras, iniuriasq. cognoscerem: ut perspicuum cuius esse possit, hominem ab isto qualiterum esse, non qui reum suum adduceret, sed qui meum tempus consideret. ME VOBIS remissurum me uobis esse donatum, hoc modo, ut ego meis legitimis horis in dicendo uterer, tu autem, Hortensi, binis ludis interpositis, post x l dies responderes: tum ita tempus ducetur, ut in annum sequentem integra res ad Metellum praetorem, aliosq. iudices tenuire, quae nos fecellit opinio. nam priore actione meis horis non sum ulius: testibus, tabulis, litteris, auctoritatibus, quod ad me attinet, causam peregi. QVEM nemo prima actione defendere ausus est, quia Cicero, omisa perpetua oratione, Verrem accusauit testibus, tabulis, litteris, auctoritatibus: ita materiam respondendi Hortensio nullam dedit. M E V M consilium perpetuae orationis omitrendae. QVI ISTVM eripiendum redemunt, accepta a Verre pecunia, promiserunt iudicij corruptionem, si post Kal. Ian. de eo iudicaretur. Ex EO, ex eius filio. PRODVXIT, in iudicium. RECOGNOSCERE qualem enim filium uideis, talem fuisse patrem, intelligere uobis licet. PERDYCTORVM, qui uarijs artibus ad stuprum perducunt. DAMNA, dedecora, damna, quae res patris eius, dedecora, quae aetas ipsius, cum esset adolescentis, pertulit. LVERETVR me largiente, id est non commemorante. INDICIA quae per me occulta erunt: quae si profertem, ueterem infamiam cerneretis.

## ORATIO

**Q**VAESTOR Cn. Papirio consul. fuisli abbinc annos x i v. ex ea die ad hanc diem quae fecisti, in iudicium uoco. hora nulla uacua a furto: a scelere, crudelitate, flagitio reperiatur. hi sunt anni consumpti in quaestura, & legatione Asiatica, & praetura urbana, & practura Siciliensi, quare haec eadem erit quadripartita distributio totius accusationis meae. Quaestor ex S. C. prouinciam sortitus es: obtigit tibi consularis: ut cum consule Cn. Carbone essem, eamq. prouinciam obtinxeres. erat tum dissenso ciuium: de qua nihil sum dicturus, quid sentire debueris: unum hoc dico, in eiusmodi tempore ac forte statuere te debuisse, utrum malles sentire, atque defendere. Carbo grauerter ferebat, sibi quaestorem obtigisse hominem singulari luxuria, atque inertia: ueruntamen orabat eum beneficijs, officijsq. omnibus. ne diutius teneam, pecunia attributa numerata est: profectus est quaestor in prouinciam: uenit in Galliam exspectatus ad exercitum consularem cum pecunia: simul ac primum ei occasio uisa est, (cognoscere hominis principium magistratum gerendorum, & reip. administrandae) auersa pecunia publica quaestor consulem, exercitum, prouinciamq. deseruit. video, quid egerim: erigit se: sperat sibi auram posse aliquam afflari in hoc criminis voluntatis, absensionisq. eorum, quibus Cn. Carbonis mortui nomen odio sit: quibus illam relitionem, proditionemq. consulis sui gratam sperat fore. quasi uero id cupiditate defendenda nobilitatis, aut studio partium fecerit, ac non apertissime consulem, exercitum, prouinciamq. compilarit, & propter impu-

dentissimum furtum ausigerit. est enim obscurum, aut eiusmodi factum eius, ut possit aliquis suspicari, C. Verrem, quod ferre nouos homines non potuerit, ad nobilitatem, hoc est ad suos, transisse, nihil fecisse propter pecuniam. uideamus, rationes quemadmodum retulerit: iam se ipse ostendet, quam obrem Cn. Ca. bonem reliquerit: iam se ipse indicabit. primum breuitatem cognoscite. ACCEPI, inquit, VICES. DVCENTA. TRIGINTA. QVINQUE. MILLIA. QVADRINGENTOS. XVII. NVMMOS. DEDI. STIPENDIO. FRVMENTO. LEGATIS. PRO QVAESTORI. COHORTI. PRAETORIAE. HS. MILLE. SEXCENTA. TRIGINTA. QVINQUE. MILLIA. QVADRINGENTOS. XVII. NVMMOS. RELIQUI. ARIMINI. HS. SEXCENTA MILLIA. hoc est rationes referre? hoc modo aut ego, aut tu, Hortensi, aut quisquam hominem retulit? quid hoc est? quae impudentia? quae audacia? quod exemplum ex tot hominum rationibus relatis huiusmodi est? illa tamen HS sexcenta millia, quae ne falso quidem potuit, quibus data essent, describere, quae se Ariminum scribit reliquise, quae ipsa HS sexcenta millia reliqua facta sunt, neque Carbo attigit, neque Sulla uidit, neque in aerrarium relata sunt, opidum sibi elegit Ariminum, quod tum, cum iste rationes referebat, oppressum, direptumq. erat. non suscipiatur id, quod nunc sentiet, satis multos exilia calamitate Ariminensium testes nobis in hanc rem reliquos

relictes esse. recita denuo. P. LENTVLO. L. TRIARIO. QVAESTORIEVS. URBANIS. RATIO-  
NVM. RELATARVM. recita. EX S. C. ut hoc pa-  
do rationes referre liceret, eo Sullanus repente fa-  
ctus est, non ut *benos*, & dignitas nobilitati restitue-  
retur. quod si illine inavis profugiles; tamen ista tua  
fuga, nefaria proditio consulis tui, scelerata indica-  
retur. malus cuius, improbus consul, seditionis ho-  
mo Cn. Carbo fuit. fuerit alijs: tibi quando esse coe-  
pit? postea quam tibi pecuniam, rem fermentariam,  
rationes omnes suas, exercitumq. conmisit. nem, si  
tibi antea displicuerit, idem fecisses, quod anno post  
M. Piso quaestor, cum L. Scipioni consuli obtigisset:  
non attigit pecuniam: non ad exercitum profectus est:  
quod de rep. sensit, ita sensit, ut nec fidem suam,  
nec morem maiorum, nec necessitudinem sortis lae-  
deret. etenim, si haec perturbare omnia, & permisce-  
re uolumus, totam utam periculosam, infestamq. redi-  
demus, si nullam religionem fors habebit, nullam so-  
ciatem coniunctio secundae, dubiaq. fortunae, nul-  
lam auctoritatem moves, atque instituta maiorum.

onum ist communis inimicus, qui fuit hostis suorum.  
nemo umquam sapiens proditori credendum putauit.  
ipse Sulla, cui aduentus istius gr. tiffus esse debuit,  
ab se hominem, atque ab exercitu suo, remouit. Bene-  
uenti eis inissit apud eos, quos suis partibus amicissi-  
mos esse intelligebat, ubi iste summae rei, causaeq.  
nocere nihil posset. ei postea a præmia tamen liberaliter  
tribuit: bona quaedam proscriptorum in agro Bene-  
uentano diripienda concessit: habuit honorum ut pro-  
ditori, non ut amico fidem. nunc, quamvis sint ho-  
mines, qui mortuum Cn. Carbonum oderint: tamen  
hi debent, non quid illi accidere voluerint, sed quid  
ipsis in tali re metuendum sit, cogitare. commune est  
huius malum, communis metus, commune periculum.  
nullae sunt occultiores insidiae, quam eae, quae la-  
tent in simulatione officij, ut in aliquo necessitudi-  
nis nomine. nam cum, qui palam est aduersarius, facile  
cauendo uitare possit: hoc uero occultum, intellatum,  
ac domesticum malum non modo non existit, uerum  
etiam opprimit ante quam perspicere, atque explorare  
potueris.

## EXPLANATIO

**C**ONSULES iterum consule. QVAESTURA, & cum Carbonis consulis quaestor fuit. LEGA-  
TIONES cum legatus Dolabellae. ASIATICA, & Ciliciensi. nam Dolabellae prouincia fuit Ci-  
licia cum Pamphylia, utraque minoris Asiae pars. Et initio actionis primæ Asiam pro Cilicia posuit,  
in eo, Vexatorem Asiae, atque Pamphyliæ. Et haec infra: Verrem ex Asia decedentem: idest, & Ci-  
licia. CONSULARIS & Gallia, quam sortitus est Carbo consul, Cinnae collega. CIVIVM: & ciuili  
bello, quod Sulla gesit cum Mario primum, eo deinde mortuo, cum Marianæ factione, Cinna, Car-  
bone, Scipione, alijs. AC SOTÆ & cum sorte tibi Gallia, Carbonis consulis prouincia, obtigisset,  
uolare fortem non debuisti, nec, prodiito consule tuo, relicta prouincia, auersa pecunia, ad Sullanæ  
partes transfugere. Hoc Cicero tacite significat: perspicue rem narrare non audet, quia hoc tempore  
Sullanæ facilio dominabitur, & ipsa iudicia senatoria a Sulla erant constituta. itaque, Verrem aperte  
reprehendere, hac quidem de re, sine iudicium offensione non poterat. ORNABAT eum & ut quae-  
storem, cuius opera, fore uidebat, ut maximis in rebus uti cogeretur. PECVNIA attributa, numera-  
ta est. & attributa quaestoribus urbanis a tribunis ac rarijs, deinde Verri a quaestoribus, ut eam militi-  
bus pro stipendio solueret. PRINCIPIVM magistratum gerendorum, & nam quaestura primus gra-  
duis honoris est. AVRAM posse aliquam afflari & opem aliquam afferri posse. haec enim translatio stu-  
dium significat: & refici solemus, ac recreari, cum auræ quaedam afflantur. ONIO SIT. & nam  
Carbo Marianus fuerat: ciuitas autem nunc a Sullanis & magistratibus, & ordinib[us] regebatur. NO-  
BILITATIS, & quae ciuili bello Sullam sequebatur. EST enim obscurum, & eiusmodi & ubi sententiam  
nullis explicari posse uerbis intelligit, hoc solet addere. Et eiusmodi. ut lib. II. Accipite nunc alind  
eius facinus nobile, & multis locis saepe commemoratum, & eiusmodi, ut in uno oxonia maleficia  
inesse uideantur. Et ad Crassum: Non enim fuit aut mediocre, aut obscurum, aut eiusmodi, quod  
silentio posset praeteriti. NOVIOS homines & Marianos. nam & Marius, &c, eo mortuo, duces illa-  
rum partium, nobilitatem oderant, nouos homines, infiniq. ordinis, ad honores extollebant. A D  
NOBILITATEM, hoc est ad suos, & ad eos, quos amabat: cum ipse nouus homo non esset, uerum anti-  
quaegensis Corneliae. RATIONES quemadmodum retulerit: & quaestores acceptae ab aerario pecu-  
nia rationem referre cogebantur. VICIES ducenta triginta quinque millia & sexaginta septem millia &  
quinquaginta scutatus. QUADRINGENTOS XVII. nummos: & scutatos duodecim, & unius prope  
dimidium. COHORTI prætoriae & cohors prætoria dicebantur domesti ci coniuctores consulis, aut  
proconsulis. HS SEXCENTA millia. & haec, & quae proxime numerata sunt, conficiunt acceptae  
pecuniae summam uicies ducenta triginta quinque millia, xvi nummos. AVT EGO, aut tu & qui  
quaestores fuimus. REFLQVA facta sunt, & superfluerunt, post ea, quae se dedisse dixit. NEQVE  
in aerarium relata sunt. & qua ratione igitur probabis, ea te Ariminii reliquisse? OPPRESSVM, direm-  
ptumq. erat. ne quis exigere posset eius pecuniae rationem, quae in eiusmodi opido relicta esset. IN  
HANC rem & qui se de illa pecunia, quam a te Ariminii reliquit in rationes retulisti, nihil scire di-  
cent. QVAESTORIBVS urbanis, & ad quos Verres rationes retulit. RATIONVM res relatarum &  
locum mendosum esse omnes intelligent. Rationes relatae, placeret, ut infra, Rationes relatae P. Ser-  
viliij. SULLANVS repente factus est, & ut, cum arma ualerent, nihil iure, nihil more fieret. RESTI-  
TVERETVR. & adempta a Marianis, dum Sulla Mithridatico bello distineretur. ILLINC & a Ma-  
rianis.

tianis. IN ANIS? sine pecunia. sed cum pecunia profugisse: quo licet intelligere, proditum a te consulem pecuniae causâ, non studio partium. IDEM fecisset, § modus loquendi, pro, idem facere debes. Infra: Voconia lex te uidelicet delectabat: imitatus essem illum C. ipsum Voconium, qui legis sua hereditatem ademit nulli neque uirgini, neque mulieri. L. Scipioni? Velleius lib. II. Feliciter deinde circa Capuam euenu Scipionem, Norbanumq. consules supererat. quorum Norbanus acie natus, Scipio ab exercitu desertus, ac proditus, iniulatus a Stulla dimissus est. Hic Scipio P. Sexii, pro quo exstat Ciceronis oratio, ficer fuit, & Massiliac exsulauit: ut ea docet oratio. CONIVNCIO: quaestoris cum praetore, uel coniunctio secundae, dubiaeq. fortunae. NON VT amico fidem. § Vetus enim eo non est. confirmat, quod proxime dixit: Nemo umquam sapiens proditori credendum putauit. OPPRIMIT, ante quam perfidice, atque explorare potueris. § sententia similis in epistola Planci: Non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest uulneris: quod prius nocere potest, quam sciri, curariq. possit.

## O R A T I O

**I**T A ne uero? tu, cum quaestor ad exercitum missus sis, custos non solum pecuniae, sed etiam consulis; particeps omnium rerum, consiliorumq. fueris, habitus sis in liberum loco, sicut mos maiorum ferebat; repente relinquas? deseras? ad aduersarios transeras? o sciebas, o portentum in ultimas terras exportandum. non enim potest ea natura, quae tantum sarcinus commiserit, hoc uno scelere esse contenta: necesse est, semper aliquid eiusmodi moliatur: necesse est, in simili audacia, perfidiaq. ueretur, itaque idem iste, quem Cn. Dolabella postea, C. Malleolo occiso, pro quaestore habuit, (haud scio, an maior etiam haec necessando fuerit, quam illa Carbonis, ac plus iudicium voluntatis ualere, quam fortis, debeat) idem in Cn. Dolabellam, qui in Cn. Carbonem, fuit nam, quae in ipsum ualebant crimina, contulit in illum, caussamq. illius omnem ad inimicos, accusatoresq. dedidit: ipse in eum, cui legatus, cui pro quaestore fuerat, inimicissimum, atque improbus sum testimoniam dixit: ille miser cum esset; tum proditione eius in sua, tum improbo, & falso eiusdem testimonia, tum multo ex maxima parte eius furorum, ac flagitorum inuidia conflagravit. Quid hoc homine faciat? aut ad quam spem tam perfidiosum, tam importunum animal reseruerit? qui in Cn. Carbone sortit, in Cn. Dolabella uoluntatem neglexerit, ac uolari, eosq. ambos non solum deseruerit, sed etiam prodiderit, atque oppugnarit. Nolite, quaeso, iudices, breuitate orationis meae potius, quam rerum ipsarum magnitudine crimina ponderare. mihi enim properandum necessario est, ut omnia uobis, quae mihi constituta sunt, possim exponere. quamobrem, quae flusta eius demonstrata, primi magistratus & furto, & scelere perspecto, reliqua attendite. in quâ illud tempus Sullanarum procriptionum, ac rapinarum praetermittam: neque ego istum sibi ullam ex communi calamitate defensionem sinam sumere: suis eum certis proprijsq. criminibus accusabo. quamobrem, hoc omni tempore Sullano ex accusatione circumscripto, legationem eius praeclaram cognoscite. Postea quæ in Cn. Dolabellæ prouincia Cilicia constituta est, o dij. immortales, quanta iste cupiditate, quibus allegationibus illam sibi legationem expugnauit? id quæ in Cn. Dolabellæ principium maxime calamitatis fuit. nam, ut iste profectus est, quacumque iter fecit, eiusmodi fuit, non ut legatus populi R. sed ut quaedam calamitas peruadere uideretur. In Achâia (praeter-

mittam minora omnia, quorum simile forsitan aliisque aliquid aliquando fecerit: nihil dicam, nisi singulare, nisi quod, si in aliud reum diceretur, inde dibile uideretur) magistratum Sicyonium nummos poscit. ne sit hoc crimen in Verrem: fecerunt alii. cum ille non daret, animaduertit. improbum, sed non inauditum, genus animaduersionis uidete: quereris, ex quo genere hominum istum iudicetis. ignem ex lignis uiridibus, atque humidis in loco angusto fieri insit: ibi hominem ingenuum, domi nobilem, populi R. socium, atque amicum, sumo excruciatum, seminuum reliquit. Tam, quæ iste signa, quas tabulas pictas ex Achâia sustulerit, non dicam hoc loco: est alius mihi locus ad hanc cupiditatem demonstrandam seruitus. Athenis, audisti, ex aede Mineruæ grande aurum pondus ablatum. dictum hoc est in Cn. Dolabellæ iudicio: dictum? etiam aestimatissimum. huius consilii non modo participem C. Verrem, sed principem fuisse reperiens. Delum uenit: ibi ex fano Apollinis religiosissimo noctu clam sustulit signa pulcherrima, atque antiquissima, eaq. in onerariam nauem suam coniencia curauit. postridie, eum spoliatum fanum uiderent, quæ Delum incidebant, grauiter ferebant. est enim tanta apud eos eius fani religio, atque antiquitas, ut in eodem ipsum Apollinem natum esse arbitrentur. uerbis tam facere non audebant; ne forte ea res ad Dolabellam ipsum pertinere. tum subito tempestates coortae sunt maximæ, iudices, ut non modo profici, cum euperet, Dolabella non posset, sed uix in opido conficeret: ita magni fluctus cyciebantur. hic namis illa prædonis eius, onus signis religiosis, expulsa, atque eicta fluctu, frangitur: in litore signa illa Apollinis reperiuntur. in suo Dolabellæ reponuntur: tempestas sedatur: Dolabella Deo precificatur. Non dubito, quin, tametsi nullus in te sensus humanitatis, nulla ratio umquam fuit religiosis, nunc tamen, in meo pericu- loque, tuorum tibi scelerum ueniat in mentem. Potius ne tibi illa spes salutis eam modo ostendi, cum recordaris, in deos immortales quam impius, quam sceleratus, quam nefarius fueris? Apollinem ne tu Delium spoliare ausus es? illi ne tu templo, tam antiquo, tam sancto, tam religioso, manus impias, ac sacrilegas afferre conatus es? si in pueritâ non ijs artibns, & dij pliniis institutus eras, ut ea, quæ litteris mandata sunt, disceres, atque cognosceres: ne postea quidem, cum in ea ipsa loca uenisti, potius accipere id, quod est proditum memoriae, ac litteris? Latonam ex longo errore, &

re, & fuga, grauidam, & iam ad pariendum uicinam, temporibus exactis fugisse Delum, atq. ibi Apollinem Diuamq. peperisse. qua ex opinione hominum illa insula eorum deorum sacra putatur: tantaq. eius auctoritas religionis & est, & semper fuit, ut ne Persae quidem, cum bellum toti Graeciae, dijs, hominibusq. induissent, & mille numero narium classem ad Delum

appulissent, quidquam conarentur aut niolare, aut attingere. hoc tu sanum depopulari, homo improbissime, atque amenissime, audebas: fuit ulla cupiditas tan- ta, quae tantam extingueret religionem? & si tum haec non cogitabas, ne nunc quidem recordaris, nullum esse tantum malum, quod non tibi pro sceleribus tuis iamdiue debetur?

## EXPLANATIO

**T**A ne nero? modus obiurgandi, de quo diximus in ea pro Quintio. Hoc uno scelere contentar? est igitur, ne quid simile possit committere, in ultimas terras, ut portentum aliquod, exportandus. **MALLEOLO**? quæstore Dolabellæ. **OCCISO**? suspicolum uerbum in Verrem: nam, mortuo, dicere debuit, sic infra de eodem locutus est. **AD INIMICOS**, accusatoresq. ad M. Scaurum. in quo turpiter Asconius errauit, qui ait: Caesarem dicit: nam Scaurus alium Dolabellam accusauit, nec damnare potuit. Non enim, ut supra docuimus, hunc Dolabellam Caesar, sed Scaurus accusauit: ut hoc ipso in libro infra narratur. **ILLE miser cum esset**? neque hic mihi placet Asconius. accipit enim Miser, pro innocentia. cum sit, Miser, idest afflictus, & calamitosus, quia reus. ad quam miseriā accessit proditio Verris, testimonium, furta, & flagitia, quorum inuidia multo magis, quam suorum conflagravit. Locus autem in Catilinam, cuius fititur testimonio, aduersatur opinioni. Et de Philodamo infra: Ille miser defensorem reperire neminem poterat. **QVID hoc homine facias?** antique: pro, de hoc homine. Infra: Dieent, quid illo myoparone factum sit. Et lib. II. Quid te futurum est? Similiter Plantus in Mil. Quid illa faciemus concubina, quae domi est? In Merc. Quid illa nunc sit? In Trac. Quid me futurum est, quando miles uenerit? Et infra: Quid eo fecisti puer? Terentius quoque in Andri. Nec, quid me nunc faciam, scio. Infra: Quid me fieri? Ibidem: Nunc primiū audio, quid illo sit factum. Et in Heaut. Cedo, quid hic faciet sua? Interdum etiam dandi casu, ut lib. II. Quid huic homini facias? Et lib. V. Quid Cleomeni fieri? Pro Caecina: Quid huic tu homini facias? **FVRTO**, & scelere? furto, in auertenda pecunia; scelere, in consule prodendo, cui quæstor esset. **PROSCRIPTIONVM**, ac rapinarum? supra: Bona quaedam proscriptorum in agro Beneventano diripienda concessit. Ex **COMMUNI calamitate**? culpam enim in tempora, bellicq. ciuilis victoriā, conferre posset. **CIRCVMSSCRIPTO**,? sublato, excepto. **CILICIA**? minoris Asiae pars. ideo dixit supra, Legatione Asiatica, idest Ciliciensi, & act. 1. Vexatorem Asiae, idest Ciliciae. **ALLEGATIONIBVS**? intercessionibus, & preciib⁹ communium amicorum. Infra: Cum sibi omnes ad istum allegationes difficiles, omnes aditus arduos, ac potius interculosuſ iderent. Et in ep. ad Catonem. Extremum illud est, ut, quasi diffidens rogationi meae, philosophiam ad te allegem. **PROFECTVS**? cum Dolabella. **IN ACHAIAS**? quae tamen Dolabellæ prouincia non erat. Ex **QVO** generis nam improbum vocare satis non est. **EST ALIYS** mibi locus? in iudicio de peculatu, non, ut putauit Asconius, in libro de signis, in quo de signis tabulise ex Achaia sublatis uerbum non sit. **IN DOLABELLAE iudicio**:? cum accusaretur repetundarum. **DICTVM**? etiam aestimatum. locus amplificandi, qualis ille pro Plancio: Nihil est, mihi crede, Laterensis, de te detraictum, detraictum, dico: li mehercules uere, quod accedit, interpretati uelis, est aliquid etiam de uirtute significatum tua. **ET IAM aestimatum**.? quod Verres abstulit, id Dolabellæ damnato aestimatum, quasi abstulisset ipse. **AD DOLABELLAM ipsum**? qui aderat. **SIGNA illa Apollinis**? quae fuerant in Apollinis templo. infra: Apollinem ne tu Delium spoliare ausus es?

## ORATIO

**I**N Asiam uero postquam uenit, quid ego aduentu*s* illius prandia, cenas, equos, muneraq. commemorem? ubi cū Verre de quotidianis criminibus actuus sum. Chio per uim signa pulcherrima dico abstulisse, item Erythris, & Halicarnasso. Tenedo (praetereo pecuniam, quam eripuit). Tenem ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus deus habetur, qui urbem illam dicitur condidisse, cuius est nomine Tenedus nominatur, hunc ipsum, inquam, Tenem, pulcherrime factum, quem quondam in Comitio uidisti, abstulit magno cum gemi tu ciuitatis. Illa uero expugnatio fani antiquissimi, & nobilissimi Iunonis Samiae quam luctuosa Sami⁹ fuit? quam acerba toti Asiae? quam clara apud omnes? quam nemini uestrum inaudita? de qua expugnatione

cum legati ad C. Neronem in Asiam Samo uenissent, responsum tulerunt, eiusmodi querimonias, quae ad legatum populi R. pertinerent, non ad praetorem, sed Romanum deferri oportere. Quas iste tabulas illinc, quae signa sustulit? quae cognoui egomet apud istum in aedibus nuper, cum obsignandi gratia uenisset. quae signa nunc, Verres, ubi sunt? illa quaero, quae apud te nuper ad omnes columnas, omnibus etiam intercolumniis, in filia denique disposita sub dio uidimus. cur ea, quam diu alium praetorem cum iis iudicibus, quos in horum locum subsortitus es, de te in consilium iturum putasti, tam diu domi fuerunt: postea quam nostris testibus nos, quam horis tuis, uti malle uidisti, nullum signum domi reliquisti, praeter duo, quae in me dis

dijis aedibus sunt, quae ipsa Samo sublata sunt? non pa-  
rasti me tuis familiarissimis in hanc rem testimonia de-  
nuntiaturum? qui tuae domi saepe fuissent, ex quibus  
quaererem signa scirent ne fuisse, quae non essent. quid  
tum hos de te indicaturos arbitratuſ es, cum uiderent,  
te iam non contra accusatorem tuum, sed contra quaeflorem, ſectoremq. pugnare? quia de re Charidemum  
Chium testimonium priore actione dicere audisti: fefe,  
cum eſſet trierarchus, & Verrem ex Asia decedentem  
proſequetur, iuſu Dolabellae fuſſe una cum illo  
Sami, ſeq. tum ſcire ſpoliatum eſſe fanum Iunonis, &  
opidum Samum, poſteaq. ſe cauſam apud Chios, ci-  
ues ſuos, Sami, accuſantibus publice dixiſſe, eq. ſe eſſe  
abſolutum, quod planum feciſſet, ea, quae legati Sa-  
miorum dicerent, ad Verrem, nō ad ſe, pertinere. Aſpen-  
dum, uetus opidum, & nobile in Pamphylia, ſcitis eſſe  
plenifimum ſignorum optimorum. non dicam, illinc  
hoc ſignum ablatum eſſe, & illud: hoc dico, nullum te

Aſpendi ſignum, Verres, reliquife, omnia ex fanis, ex  
locis publicis, palam, ſpectantibus omnibus, ploris  
euella, effortataq. eſſe, atque etiam illum Aſpendum  
citharifam, de quo ſaepē audisti id, quod eſt Graecis  
hominiſbus in prouerbio, quem omnia intus canere dice-  
bant, ſuſtulit, & in intimis ſuis aedibus poſuit; ut etiam  
illum ipsum artificio ſuo ſuperaffe uideatur. Perge  
fanum antiquissimum, & ſanctissimum Dianaſ ſciimus  
eſſe. id quoque a te nudatum, & ſpoliatum eſſe, exip-  
ſa Diana, quod habet auri, detracitum, atque abla-  
tum eſſe dico. Quae, malum, eſt iſta tanta audacia,  
atque amentia? quas enim ſociorum, atque amicorum  
urbes adiſti legationis iure, & nomine; ſi in eis n̄ cum  
exercitu, imperioq. inuadiffes, tamen, opinor, quae ſigna,  
atque ornamenta ex his urbis ſuſtuliffes, haec non in  
tuam domum, neque in suburbana amicorum, ſed Re-  
mam in publicum deportaffes.

## E X P L A N A T I O

**I**N ASIAM? non Ciliciam, ſed eam Asiae partem, cui C. Nero praerat. **C H I O** per ſum ſigna  
Ipulcherrima dico abſtuliffe, & ſignum Apollinis: de quo in peroratione: Etiam te, Apollo, quem iſe  
Chio ſuſtulit. **I N C O M I T I O**? ab aedilibus cur. ornato. is enim moſ erat. nam & lib. IV. C. Claudioſ,  
inquit, cuius aedilitatem magnificenſiſſimam ſciimus fuſſe, uſus eſt hoc Cupidine tamdiu, dum forum  
dijis immortalibus, populoq. Romano habuit ornatum: &, cum eſſet hoſpes Heiorum, Mamertini  
autem populi patronus, ut illis benignis uſus eſt ad eommendandum, ſic ipſe diligens fuit ad reportan-  
dum. Congruit cum hoc loco locus ille pro domo: Tanagraea quædam mererix fuſſe dicitur. eius  
non longe a Tanagris ſimulacrum e marmore in ſepulcro poſitum fuit. hoc quidam homo nobilis ad or-  
natum aedilitatis ſuiae deportauit. **E X P U G N A T I O**? ut ab hoſte deorum. leniore uerbo, Diſtriptio, uſi  
noluit. Non ad praetorem, & uere, nam in publicam personam animaduertere, praetoris non eſt,  
ſed populi Romani. **O B S I G N A N D I** gratia? quae potefas erat accuſatoris. In ſilva? aedibus  
adiuncta. **A L I V M** praetorem? ſequenti anni, amicifimum tuum, ſupra. **S V B S O R T I V S** eſſe?  
quod re ipſa fieri nondum poterat, feciſſi tamen animo, ut in horum iudicium locum, quæ cauſa in  
annum ſequente reiecta, ſubſortireris. Ita loquitur de futura, uel potius de cogitata re; quo maior  
in Verrem ob eius audaciam inuidia concitetur. **H O R I S** tuis, & quae te delectabant, quibus nos uti,  
quo tempus duceretur, optabas. uerum testibus uti, quam horis ad dicendum lege concessis, malui-  
mus. Placuit autem haec Ciceroſi quæ contrariorum ſimilitudo, Noſtris testibus, Horis tuis: cum  
tamen de ſuis horis, ac ſuo legitime dicendi tempore, loqueretur. Hoſi iudices. **Q V A E S T O R E M**,  
ad quem ex damnati bonis referri pecuniam oportet, ut ea deinde ſocijs redderetur. **S E C T O R E M**? qui  
emeret in auctione post litem aſtimatam. emebat autem cum aliqua ſpe lucri, eq. maiore, quo plu-  
ra bona uenderentur. ideo contra eum quoque, ſubtractis ſignis, Verres pugnabat. Infra: Quae ſecto-  
rem exſpectant, relictā ac deſtituta a ceteris ſignis. Ex ASIA? e Cilicia: ut ſupra docuimus. Op-  
idum Samum, & nam, praeter expugnatum Samiae Iunoniſ fanum, multas ex oppido tabulas, multa  
ſigna ſuſtulit, ſupra. **L E G A T I** Samiorum? Chium ea de re profecti. **A S P E N D U M**? tranſit ab Asia,  
Neroniſ prouincia, ad Asiam, prouinciam Dolabellae. **I N T I M I S**? iocatur in duobus uerbiſ, Intus,  
&, Intimis. ille intus proprio quodam artificio, canebat, iſte cum in intimis ſuis aedibus poſuit. ergo  
illum iſte artificio ſuo ſuperauit.

## O R A T I O

**Q**VID ego de M. Marcello loquar, qui Sy-  
racusas, urbem ornatissimam, cepit? quid de L.  
Scipione, qui bellum in Asia geffit. Antiochumq. regem  
potentissimum uicit? quid de Flaminino, qui regem  
Philippum, & Macedoniam ſubegit? quid de L.  
Paulo, qui regem Perſen ui, ac uirtute ſuperauit?  
quid de L. Mummo, qui urbem pulcherrimam, atque  
ornatissimam Corinthum, plenifimum rerum omnium,  
ſuſtulit, urbesq. Achaiae, Boeotiaeq. multas ſub impe-

rium populi R. ditionemq. ſubiunxit? quorum domus  
cum honore, & uirtute florarent, ſignis, & tabulis pi-  
ctis erant uacuae. at uero urbem totā, templa deorum,  
omnesq. Italiae partes illorum donis, ac monumentis  
exornatas uideamus. Vercor, ne haec forte ciuiquam ni-  
mis antiqua, & iam obſoleta uideantur: ita enim tum  
aequabiliter omnes erant huimodi, ut haec laus exi-  
mia uirtutis, & innocentiae non ſolum hominum, ne-  
rum etiam temporum illorum eſſe uideatur. P. Servi-  
lius,

lius, vir clarissimus, maximis rebus gestis, adeo, de te sententiam laturus est: Olympum uir, copys, consilio, virtute cepit, urbem antiquam, & omnibus rebus auctam, & ornatam. recens exemplum fortissimi uiri profero: nam postea Seruilius imperator populi R. Olympum, urbem hostium, cepit, quam tu in iisdem illis locis legatus quae*storius* opida pacata sutorum, atque amicorum diripienda, ac uexanda curasti. tu quae ex fatis religiosissimus per scelus, & per latrocinium ab hostiis ea nos uidere, nisi in tuis, amicorumq. tuorum rectio, non possumus: P. Seruilius, quae signa, atque ornamenta ex urbe hostium, & uirtute capta, bellum lego, atque imperatorio iure sustulit, ea populo R. appor-tauit, per triumphum uexit, in tabulas publicas ad aera-rium perscribenda curauit. Cognoscite ex litteris pu-blicis hominis amplissimi diligentiam recita. RATIO-NES. RELATAE. P. SERVILII. Non solum numerum signorum, sed etiam uniuscuiusque magnitudinem, figuram, statum litteris definiri uides. certe ma-jor est uirtutis, uictoriaeq. iucunditas, quam ista uoluptas, quae percipitur ex libidine, & cupiditate. mul-to diligentius habere dico Seruilium praedam populi R. quam te tua furtu notata, atque descripta. dies, tua quoque signa, & tabulas pictas ornamento urbi, foroq. populi R. fuisse. Memini: uidi simul cum populo R. foro, Comitiumq. adornatum ad speciem magnifico ornatu; ad sensum, cogitationemq. acerbo, & lugubri: uidi collucere omnia furtis tuis, praeda prouinciarum, spolijs sutorum, atque amicorum. quo quidem tempore, iudices, iste spem maximam reliquorum quoque peccatorum naetius est. uidi enim eos, qui iudiciorum dominos se dici uolebant, harum cupiditatum esse seruos. socij uero, nationesq. exteriores spem omium tum primum abiecere rerum, ac fortunarum suarum: pro-pere quod casu legati ex Asia, atque Achia plurimi Romae tunc fuerunt, qui deorum simulacra ex suis fa-nis sublata in foro uenerabantur: itemq. cetera signa, & ornamenta cum cognoscerent, alia alio in loco la-

crymantes intuebantur. quorum omnium hunc sermo-nem tum esse audiebamus: nihil esse, quod quisquam du-bitaret de exitio sutorum, atque amicorum, cum qui-dem uiderent in foro populi R. quo in loco antea, qui so-cis iniurias fecerant, accusari, & condemnari solebat, ibi esse palam posita ea, quae ab sociis per scelus abla-ta, eruptaq. essent. His ego non arbitror illum negatu-rum, signa sepe plurima, tabulas pictas innumerabiles habere. sed, ut opinor, solet haec, quae rapuit, & fu-ratus est, non numquam dicere se emisse, quoniam qui-dem in Achaiam, Asiam, Pamphyliam sumptu publi-co, & legationis nomine, cum imperio, & securibus mercator signorum tabularumq. pictarum missus est. Habeo & istius & patris eius accepti tabulas onnes, quas diligentissime legi, atque digessi; patrio, quoad ui-xit; tuas, quoad ait te confecisse. nam in isto, iudices, hoc nouum reperictis. audiimus aliquem tabulas num-quam confecisse: quae est opinio hominum de Antonio, falsa: nam fecit diligentissime. uerum sit hoc genus ali-quod, minime probandum. audiimus alium non ab ini-tio fecisse, sed ex tempore aliquo confecisse. est aliqua etiam huiusce rei ratio. hoc uero nouum, & ridiculum est, quod hic nobis respondit, cum ab eo tabulas po-stularemus; usque ad M. Terentium, & C. Cassium consules confecisse, postea destituisse. alio loco, hoc cuiusmodi sit, considerabimus. nunc nihil ad me attinet. horum enim temporum, in quibus nunc uersor, habeo tabulas & tuas, & patris. plurima signa pul-cherrima, plurimas tabulas deportasse te, negare non potes: atque utinam neges. unum, ostende in ta-bulis aut tuis, aut patris tui, emptum esse: uicisti. ne haec quidem duo signa pulcherrima, quae nunc ad impluinium tuum stant, quae multos annos ad ualunas Iunonis Samiae steterunt, habes quo modo emeris; huc, inquam, duo, quae in aedibus tuis sola iam sunt, quae sectorem expectant, relitta, ac desituta a ceteris signis.

## EXPLANATIO

**L** Scipione, & Africani maioris fratre. **F** LAMININO, & T. Quintio. **P. SERVILIUS** Isauricus, ab Isauro, Ciliciae arce, capta. **IUDICIORVM** dominos & manifeste in Hortensium: a quo aedile ornatum signis, tabulisq. pictis, a Verre sumptis, forum, Comitiumq. significat. **Q** UONIAM quidem & ironia ex indignatione orta. Quasi uero, inquit, legatus in prouinciam cum imperio, ac securibus ideo sit missus, ut signa, tabulasq. pictas emeret. sed emisse nego. sic lib. I V. O dij immortales, praeclaram defensionem, mercatorem cum imperio, ac securibus in prouinciam misimus, qui omnia signa, tabulas pictas. omne argentum, aurum, ebur, geminas coemeret, nihil cuiquam relinququeret. **A** CHAIAM & non quia Verres prouincia fuerit, sed quia Verres ex ea quoque signa, ac tabulas pictas abstulerit. **C** VM IMPERIO, & securibus & imperium igitur & legatus habebat, & historibus utebat. id & ex ep. ad Cornificium, ultima lib. XII. cognoscitur. **A** NTONIO & oratore summo, eius Antonij patre, cui totius orae maritimae in finitimum imperium esse commissum, & Cicero ipse lib. II. & alij prodide-runt. **F** ALSA: & ipso teste Antonio lib. II. de Orat. redarguit enim opinionem eorum, qui ab se ta-bulas non fieri credebant. **S** IT HOC genus aliquod, & hic subdistinguenda: ut, hoc ipsum genus reperi-ri posse non neget, minime tam probandum. **M. T** ERENTIVM, & hic est M. Lucullus, Lucij fra-ter, adoptatus, ut appetet, a M. Terentio Varrone: unde nomen, cognomenq. sumpsit, ueterem tamen cognomine de more conseruato. quod ostendunt fasti Capitolini. Horum consulium lex Terentia, & Cassia nominatur lib. V.

## R ORATIO

## ORATIO

**A**T credo in hisce solis rebus indomitas cupiditates, atq. effrenatas habebat: ceterae libidines eius ratione aliqua, aut modo continebantur. quam multis istum ingenuis, quam multis matribus familiis in illa tanta atque impura legatione uim attulisse existimat? ecquo in opido pedem posuit, ubi non plura stuprorum, flagitorumq. suorum, quam aduentus sui, uestigia reliquerit? sed ego omnia, quae negari poterunt, praetermittam: etiam haec, quae certissima sunt, & clarissima, relinquam: unum aliquid de nefarioris istius factis eligam, quo facilius ad Siciliam possum aliquando, quae mibi hoc oneris, negotijq. impo-  
suit, peruenire. Opidum est in Hellestante Lanop-  
sacum, indices in primis Asiae provincias clarum, &  
nobile: homines autem ipsi Lampsaci tum summe in  
omnes ciues Romanos officiosi, tum praeterea maxime  
sedati, & quieti, prope praeter ceteros ad summum  
Graecorum otium potius, quam ad ullam uim, aut tu-  
mulrum accommodati. accidit, cum iste a Cn. Dolab-  
ella efflagitasset, ut se ad regem Nicomedem, regemq.  
Sadalā mitteret; cumq. iter hoc sibi magis ad quaestum  
suum, quam ad reip. tempus accommodatum depopu-  
scisset; ut illo itinere ueniret Lampsacum, cum magna  
calamitate, & prope pernicie ciuitatis. deducitur iste  
ad Ianitorem quandam, hospitem: comitesq. eius item  
apud ceteros hospites. collocantur. ut mos erat istius,  
atque ut eum suae libidines flagitiose facere admonuerant,  
statim negotium dat illis suis comitibus, nequissi-  
mis, turpissimisq. hominibus, ut uideant, & inuestigent,  
ecquae uirgo sit, aut mulier, digna, quamobrem  
iste Lampsaci diutius commoraretur. erat comes eius  
Rubrius quidam, homo factus ad istius libidines: qui  
miro artificio, quocumque uenerat, haec inuestigare  
omnia solebat. is ad eum rem istam defert: Philodamum  
esse quandam, genere, honore, copijs, existi-  
matione facile principem Lampsacorum: eius esse  
filiam, quae cum patre habitaret, propterea quod ni-  
rum non haberet, mulierem eximia pulchritudine, sed  
exim summa integritate pudicitiaq. existimari. homo  
ut haec audiuist, sic exarxit ad id, quod non modo ipse  
numquam uiderat, sed ne audierat quidem ab eo, qui  
ipse uidisset; ut statim ad Philodamum migrare se di-  
ceret uelle. hospes Ianitor, qui nihil suspicaretur, ue-  
ritus ne quid in ipso se offenditer, hominem summa ui-  
retinere coepit. iste, qui hospitis relinquendi caussam  
reperire non posset, alia sibi ratione uiam munire ad  
ad stuprum coepit: Rubrium, delicias suas, in omnibus  
eiusmodi rebus adiutorem suum, & consilium, parum  
lante diuersari dicit, ad Philodamum deduci iubet.  
quod ubi est Philodamo nunciatum; tametsi erat igna-  
rus, quantum sibi ac liberis suis iam tum mali consti-  
tuueretur, tamen ad istum uenit, ostendit munus illud  
suum non esse: se, cum suae partes essent hospitum re-  
cipiendorum, tamen ipsos tantum praetores, & con-  
sules, non legatorum aseclas, recipere solere. iste, qui  
una cupiditate raperetur, totum illius postulatum causamq.  
neglexit: per uim ad eum, qui recipere non debebat, Rubrium deduci imperauit. hic Philodamus, po-  
stea quam ius suum obtinere non potuit; ut humanita-

tem, consuetudinemq. suam retineret, laborabat. ho-  
mo, qui semper hospitalissimus, amicissimusq. nostro-  
rum hominum existimatus esset, noluit uideri ipsi il-  
lum Rubrium inuitus in domum suam recipere: magni-  
fice, & ornate, ut erat in primis inter suos copiosus,  
coniuicium comparat; roget Rubrium, ut, quos ei com-  
modum sit, inuitet; locum sibi soli, si videatur, re-  
linquat: ut etiam filium suum, lefftissimum adolescentem,  
foras ad propinquum suum quandam mitteret  
ad cenam. tum Rubrium istius comites initiat. eos o-  
mnes. Verbes certiores facit, quid opus esset. maturu-  
mentum: discubbitur: fit sermo inter eos, & initatio,  
ut graeco more biberetur. hospes hortatur: poseunt ma-  
ioribus poculis: celebratur omnium sermone lati-  
tiaq. coniuicium. postea quam satis calere res Rubrio  
uisa est: quaequo, inquit, Philodame, cur ad nos filium  
tuam non intro uocari uubes? homo, qui & summa gra-  
uitate, & iam id aetatis, & parens esset, obslupit ho-  
minis improbi dicto. instare Rubrius. tum ille, ut ali-  
quid responderet, negauit moris esse Graecorum, ut  
in coniuicio uirorum accumberent mulieres. hic tum  
alius ex alia parte: enim uero ferendum hoc non est:  
uocetur mulier. & simul seruis suis Rubrius, ut iam  
am clauderent, & ipsi ad fores assisterent, imperat.  
quod ubi ille intellexit, id agi, atque id parari, usi-  
liae suae uis affterretur: seruos suos ad se uocat; bis  
imperat, ut se ipsum negligant, filiam defendant; ex-  
currat aliquis, qui hoc tantum domestici malo filio suo  
nunciet. clamor interea fit tota domo: pugna inter ser-  
uos Rubrij, atque hospitis: iactatur domi sue uir opti-  
mus, & homo honestissimus. pro se quisque manus af-  
fert: aqua denique feruentia Rubrio ipso Philodamus  
perfunditur. haec ubi filio nunciata sunt, statim exami-  
natus ad aedes contendit, ut & uitiae parvis, & pudiciiae  
sororis succurreret. omnes eodem animo Lampsaci-  
ni, simul ut hoc audierunt, quod eos tum Philodami  
dignitas, tum iniuriae magnitudo mouebat, ad aedes  
noctu conuenerunt. hic licet istius Cornelius, qui cum  
eius seruis erat a Rubrio, quasi in praesidio, ad au-  
ferendam mulierem collocatis, occiditur: serui non mal-  
li uulnerantur: ipse Rubrius in turba sauciatur. iste,  
qui sua cupiditate tantos tumultus concitatos uideret,  
cupere aliqua euolare, si posset. postridie mane homi-  
nes in concionem uenient: querunt, quid optimum fa-  
ctu sit: pro se quisque, ut in quoq. erat autoritatis plus  
rimum, ad populum loquebatur: inuentus est nemo, cu-  
ius non haec & sententia esset, & oratio: non esse me-  
tuendum, si istius nefarium scelus Lampsaceni ulli si-  
manuq. esset, ne senatus populusq. R. in eam ciuitatem  
animaduertendum putaret: quod si hoc iure legati  
populi R. in socios, nationesq. extereras uenterint, ut  
pudicitiam liberorum seruare ab eorum libidine tu-  
tam non liceret; quidnis esse perpeti saties, quam in  
tanta uia, atque acerbitate uersari. hacc cum omnes sen-  
tirent; & cum in eam rationem pro suo quisque sensi,  
ac dolore loqueretur; omnes ad eam domum, in qua iste  
diuersabatur, profecti sunt. caedere ianuam saxis, in-  
flare ferro, ligna & sarmenta circumdare, ignem sub-  
iungere coeperunt. tum ciues R. qui Lampsaci negotia-  
bantur,

lentur, concurrunt, orant Lampsacenos, ut grauius  
etud eos nomen legationis, quam iniuria legati puta-  
re: se se intelligere, hominem illum esse impurum, ac  
nefarium; sed quoniam nec perfecisset, quod conatus  
est, neque futurus esset Lampsaci postea, leuis eorū  
peccatum fore, si homini scelerato pepercissent,  
quam si legato non pepercissent. sic iste, multo sce-  
lerior, et nequior, quam ille Hadrianus, aliquanto  
eiam felicior fuit. ille, quod eius auaritiam ciues R.  
fere non potuerant, Viuae domi suae uiuus exsul  
est; idq. ita illi merito accidisse existimatū est, ut lac-  
tarentur omnes, neque ulla animaduersio constituere-  
tur: hic, sociorum ambustus incendio, tamen ex illa  
flamma, periculō, evolauit: neque adhuc causam ul-  
lam excogitare potuit, quamobrem euenerit, aut,  
quid commiserit, ut in tantum periculum ueniret. non  
cum potest dicere, cum seditionem sedare uellem,  
cum frumentum imperarem, cum stipendium co gerem,  
cum aliquid denique reip. causam gererem, quod acrius  
imperauit, quod animal uerti, quod minatus sum.  
quae si diceret, tamen ignosci non oporteret, si nimis  
atrociter imperando sociis, in tantum adductus periculū  
uideretur. nunc, cum ipse causam illius tumultū  
neque ueram dicere, neque falsam configere au-  
deat; homo autem ordinis sui frugalissimus, qui tum  
accensus C. Neroni fuit, P. Tettius haec eadem se  
Lampsaci cognosce dixerit; uir omnibus rebus ornatis-  
simus C. Varro, qui tum in Asia tribunus militum fuit,  
haec eadem ipsa se ex Philodamo audisse dicat: potes-  
sus dubitare, quin istum fortuna non tam ex illo pericu-  
lo eripere uoluerit, quam ad uestrum iudicium referue-  
re? nisi uero illud dicet, quod & in testimonio T. etij  
priore actione interpellauit Hortensius: quo tempore  
quidem signi satis dedit, si quid esset, quod posset dice-  
re, se facere non posse: ut, quam diu in ceteris rebus ta-  
cuerit, scire omnes possemus, nihil habuisse quod dice-  
ri. hoc tum dixit, Philodamum, & eius filium a C.  
Nerone esse damnatos. de quo ne multa differam, tan-  
tum dico, secutum id esse Neronem, & eius consilium;  
quod Cornelium licetem occisum esse constaret, putasse  
non oportere esse cuiquam, ne in uicende quidem iniu-  
ria, hominis occidendi potestatem. in quo video, Nero-  
ni iudicio non te absolutum esse improbitatis, sed illos  
damnatos esse caedis. Verum ista damnatio tamen cu-  
mmodo fuit? audite, quaeſo, indices, & aliquando mi-  
seremini sociorum, & ostendite aliquid his in uestra fide  
praesidijs esse oportere. Quod toti Asiae iure occisus ui-  
debat istius ille uerbo licet, reuera minister improbis-  
sime cupiditatis, pertinuit iste, ne Philodamus Nero-  
ni iudicio liberaretur. rogat, & orat Dolabellam,  
ut de sua prouincia decedat, ad Neronem proficiatur:  
se demonstrat incolorem esse non posse, si Philodamo  
uixerit, atque aliquando Romanū uenire licuisset. com-

motus est Dolabella: fecit id, quod multi reprehende-  
runt, ut exercitum, prouinciam, bellum relinqueret,  
& in Asiam homini nequissimi causa, in alienam pro-  
uinciam, proficietur. postea quam ad Neronem uen-  
it, contendit ab eo, ut Philodami causam cognosce-  
ret. uenerat ipse, qui esset in consilio, & primus sen-  
tentiam diceret: adduxerat etiam praefectos, & tribu-  
nos militares suos; quos Nero omnes in consilium uo-  
cauit: erat in consilio etiam, acquissimus iudex, ipse  
Verres: erant nonnulli togati, creditores Graecorum;  
quibus ad exigendas pecunias improbissimi cuiusque le-  
gati plurimum prodest gratia. ille miser defensore re-  
peri neminem poterat. quis enim esset aut togatus,  
qui Dolabellae gratia, aut Graecus, qui eiusdem uiri, &  
imperio non moueretur? accusator autem apponitur  
ciuis Romanus, de creditoribus Lampsacenorum; qui,  
si dixisset quod iste iussisset, per eiusdem istius lictores a  
populo pecuniam posset exigere. cum haec omnia tan-  
ta contentione, tantis copijs agerentur; cum illum mi-  
serum multi accusarent, nemo defenderebat; cumq. Do-  
labella cum suis praefectis pugnaret in consilio; Ver-  
res fortunas agi suas diceret, idem testimonium dice-  
ret, idem esset in consilio, idem accusatorem parasset;  
haec cum omnia fierent; & cum hominem constaret  
occisum; tamen tanta uis illius iniuria; tanta in isto  
improbitas putabatur, ut de Philodamo, Amplius,  
pronunciaretur. Quid ego nunc in altera actione Cn.  
Dolabellae spiritus, quid huius lacrymas, & con-  
cursationes proferam? quid C. Neronis, uiri optimi,  
atque innocentissimi, non nullis in rebus animum nimis  
timidum, atque demissum? qui, in illa re quid facere  
potuerit, non habebat: nisi forte, id, quod omnes tum  
desiderabant, ut ageret eam rem sine Uerre, & Do-  
labella. quidquid esset sine his actum, omnes proba-  
rent. tum uero quod pronunciatum est, non per Nero-  
nem iudicatum, sed per Dolabellam creptum existi-  
mabatur. condemnatur enim per paucis sententijs  
Philodamus, & eius filius. adeo, instat, urget Do-  
labella, ut quamprimum securi feriantur, quo quam-  
minime multi ex illis de istius nefario scelere audire  
possent. constituitur in foro Laodiceae spectaculum acer-  
bum, & miserum, & graue toti Asiae prouinciae,  
grandis natu parens adductus ad supplicium, ex al-  
tera parte filius, ille, quod pudicitiam liberorum,  
hic quod uitam patris, famamq. sororis defenderat.  
slebat uerque, non de suo supplicio, sed pater de fi-  
lii morte, de patris filius. quid lacrymarum ipsum  
Neronem putatis profundisse? quem fletum totius A-  
siae fuisse? quem luctum, & gemitum Lampsaceno-  
rum? securi esse percusso homines innocentes, nobi-  
les, socios populi R. atque amicos, propter hominis  
flagitiosissimi singularem nequitiam atque improbissi-  
mam cupiditatem.

## EXPLANATIO

QVAM aduentus sui, & pedum uestigia fiunt in aduentu, eoq. plura, quo plures ueniunt. at ea pau-  
ciora legatus Verres adueniens reliquit, quam furtorum, & flagitorum suorum. Vestigia, pro-  
prie subiunxit Cicero, quia dixerit, Ecquo in opido pedem posuit. ETIAM haec, & pro, Haec, ma-  
lim, Ea: uel, Haec, abundare crediderim cur enim dicat, Haec, cum nulla nominentur? LAMPSEN-  
IUS glossēma puto. SED ATI, & quieti, & hoc, & quod sequitur, ideo dicit, ut culpa tumultus in  
Verrem concitat non in eos conferatur, homines natura, consuetudine, disciplina lenissimos, (sic enī)  
R. 2 appellantur

appellantur infra) sed in ipsum Verrem, nūm ac stuprum liberis eorum inferre conantem. PRAETER eceros & otiosi enim, ac desides tum Graeci omnes habebantur. REGEM Nicomedem, regemq. Sadalam & Nicomedem Bithyniae, Sadalam Thraciae. NEQVOD in ipso se offendit, & ne quid Verres in se offensus sit. Hoc verbum patendi significationem interdum habet, ut in Caesare, lib. II. bel. ci. Si quid in me offenditis: pro offensi estis. Et in ep. Lucceij: Cum duae res iste contrariae me conturbent: ex quibus aut in altera, mihi uelim, si potes, ohtemperes, aut in altera non ostendas. SUMMA viii quacumque ratione potuit, quantum in ipso fuit, pro uirili. PARVM lautes non satis com mode. CVM SVAE partes essent hospitum recipiendorum, & cum accideret, ut hospites recipiendi sibi essent: cum id sui munens esset, quod nunc non esset. quid enim sibi cum Rubrio? quid cum ipso Verre? RETINERET, & deuultatem quaequivit in similibus uerbis, Ohtinetet, Retinaret. HOMO, & sic saepe sententiam exorditur paullo ante: Homo, ut haec audiuit, sic exarbit ad id. Et paullo post: Homo, qui & summa gruitate, & iam id aetatis esset. Et infra: Homo, qui semper ita dictassem. Lib. II. Homo, quamquam erat & Siculus, & rens. QVOS EI commodum sit, & quos ei libeat: ut supra: De capite, quantum commodum fuerit, frumenti decumani detraherit. GRAECO more & ad singulas potionis dīj, & amicis, quos quisque uellet, nominatis. quod Tibullus elegia prima lib. II. ostendit his uersibus:

Sed bene Messallam sua quisque ad pocula dicat,

Nomen & absentis singula uerba sonent.

Quem fortasse morem & Plautus retulit in Stic. dicente Sangarino seruo: Bene uos,  
Bene nos; hene te, bene me, bene nostram etiam Stephanum.  
Bibe, si bibis.

SATIS calere res & ubi uino satis conniuuarum commotae mentes uisae sunt. LICTOR istius Cornelius, & lictores erant liberti, hunc igitur a Verre liberatum transisse in eius gentem existimo, ut medicum quoque, & pictorem: de quibus lib. IIII. Iampridem improbi, repente Cornelij. Quo tum admonitus, gentis Corneliae fuisse Verrem. cuius comites, Graeci homines, & improbi, repente fuerint Cornelij: a quo enim, praeterquam ab ipso, repente fieri possent? IGNEM subcere & omissa copula, uis orationis maior est. HADRIANVS & Fabiae gentis, praetor Africæ, ut ait Cicero lib. V. Pedianus addit, Cinnanis temporibus. Lib. V. Neque quidquam proprius est factum, quam ut illud Uticense exemplum de Hadriano transferretur Syracusas. ANIMADVERSIO & in Africanos. FRVGALISSIMVS, apta, & propria laude libertum ornauit. significatur enim in frugalitate probitas, itaque in ep. ad Sextium de liberto Decio dixit: Quamquam illum hominem frugi, & tibi amicum existimabam. Accenfos autem libertos fuisse, cum alijs locis, tum eo declaratur in ep. ad Appium: A Paulania, Lentuli liberto, accenso meo, audiui. INTERPELLAVIT & pro, Interpellans, dixit. A C. NERONE effedmnatos. & ex quo sequi uideretur, nocentes fuisse. DE SVA prouincia decedat: & lex Cornelia maiestatis, Iulia de repetundis uetabat. in Pisone. PROVINCIAM, & Ciliciam. BELLVM & fortasse cum ijs, qui Amanum montem incolebant, cum quibus & Cicero, Ciliciae proconsul, postea bellum gessit. PRAEFECTOS, & turmarum equestrium, quos & Cicero habuit in eadem prouincia: & quibusdam praefecturam ab eo petiit M. Brutus: ut in ep. ad Att. AMPLIVS, pronunciaretur. & ex quo iterum agi caussam oportebat. QVID ego nunc in altera actione Cn. Dolabellæ spiritus, quid huins lacrymas, & concusione proferam? & locus amplificandi. ut lib. I. Quid ego nunc hic Sex. Pompeij Chlori testimonium recitem? SPIRITVS? contentiones: cum ita laboraret, ut in eam rem uires, opesque suas conferret omnes. CONCURSIONES & quod eorum est, qui de maxima re multos rogant: ut modo ad hunc, modo ad illum concurrere sit necesse. ad Lentulum: Libonis, & Hypsaei non obscura concursatio, & contentio. Nisi forte, & hic affirmantis est: ut si dixisset: potuit quod omnes optabant, eam rem agere sine Verre, & Dolabella. Alibi negantis est. ut lib. II. Ni si forte existimatis, ei quadruplatores ad fretum praesto fuisse. LAODICEAE & ciuitas hoc tempore prouinciae Neronis, postea Ciliciensis prouinciae pars fuit Cicerone proconsule.

## ORATIO

**N**E MO iam Dolabella, neq. tui, neq. tuorum liberi, quos tu miseris in egestate, atque in solitudine reliquisti, misereri potest. Verres ne tibi tanti fuit, ut eius libidinem hominum innocentum sanguine lui uelles? iccirco ne exercitum, atque hostem relinquebas, ut tua ni, & crudelitate istius hominis improbissimi pericula sublenares? quod enim eum tibi quaestoris in locum constitueras, iccirco tibi amicum in perpetuum fore putasti? nesciebas, ab eo Cn. Carbonem consulem, cuius re uera quaestor fuit, non modo relictum, sed etiam spoliatum auxiliis, nefarie oppugnatum, & proditum: expertus igitur es istius perfidiam tum,

cum se ad inimicos tuos contulit, cum in te homo ipsi nocens acerrimum testimonium dixit, cum rations ad aerarium, nisi damnato te, referre noluit. Tantae ne tuae, Verres, libidines erunt, ut eas capere, ac sufficere non prouinciae populi R. non nationes exterat possint? tu ne quod uideris, quod audieris, quod concupieris, quod cogitaris, nisi id ad nutum tuum praefato fuerit, nisi libidini tuae cupiditatique paruerit; immittentur homines & expugnabuntur domus & ciuitates non modo pacatae, uerum etiam sociorum, atque amicorum, ad uim, atque ad arma confugient, ut ab se, atque ab liberis suis legati populi R. scelus, atque libidinem

libidinem propulsare possint? nam quaero abs te, circumfessus ne sis. Lampsaci? cooperit ne domum, in qua diversabare, illa multitudine incendere? uoluerint ne legatum populi R. comburere uiuum Lampsaceni? negare non potes: habeo enim testimonium tuum, quod apud Neronem dixisti: habeo quas ad eundem litteras misisti. Recita hunc ipsum locum de testimonio:

TESTIMONIUM. C. VERRIS. IN. ARTEMIDORVM. Recita de litteris ad Neronem missis: LITTERAE. C. VERRIS. AD. NERONEM NON. MVLTO POST. IN. DOMVM. Belum ne populo R. Lampsaceni ciues facere conabantur? deficeret ab imperio ac nomine nostro uolebant? video enim, & ex ijs, quae legi, & audiui, intelligo; in qua ciuitate non modo legatus populi R. circumfessus, non modo igni, ferro, manu, copijs oppugnatus, sed aliqua ex parte violatus sit, nisi publice satisfactum sit, ei ciuitati bellum indici, atque inferri solere. quae fuit igitur causa, cur cuncta ciuitas Lampsacenorum de concione, quemadmodum tute scribis, domum tuam concurreter? tu enim neque in litteris, quas Neroni mittis, neque in testimonio cauam tantum tumultus ostendis ullam. obsequum te dicas: ignem allatum, farmenta circumdata, licorem tuum occisum esse dicas: prodeundi tibi in publicum potestatem factam negas: cauam huius tanti terroris occultas. nam, siquam Rubrius iniuriam suo nomine, ac non impulsu tuo, & tua cupiditate, fecisset; de tui comitis iniuria questum ad te potius, quam te oppugnatum uenirent. cum igitur, quae cauam illius tumultus fuerit, testes a nobis producti dixerint, ipse celarit; non ne cauam hanc, quam nos proposimus, tum illorum testimonia, tum istius ratione perpetua confirmat? Huic homini parceris igitur, indicies? cuius tanta peccata sunt, ut ijs, quibus iniurias fecerit, neque legitimum tempus expectare ad uilescendum, neque uim tantam doloris in posterum differre potuerint. Circumfessus es. a quibus? a Lampsaci? : barbaris hominibus, credo, aut ijs, qui populi R. nomen contemnerent: iniuria vero ab hominibus & natura, & consuetudinibus & disciplina lenissimis; porro autem populi R. condicione socij, fortuna seruis, uoluntate supplicibus: ut perspicuum sit omnibus, nisi tanta acerbitas iniuriae, tanta uis sceleris fuisse, ut Lampsaceni moriendum sibi potius, quam perperiendum putarent, numquam illos in eum locum progressuros fuisse, ut uehementius odio libidinis tuae, quam metu legationis, mouerentur. Nolite, per deos immortales, cogere socios, atque exteras nationes hoc uti perfugio: quo, nisi uos uindicatis, uentur necessario. Lampsacenos in illum numquam illa res mitigasset, nisi eum poenas Romae daturum creditissent. eis tales acceperant iniuriam, quam nulla lege satis digne persequi paterant: tamen incommoda sua uestris committere legibus, & iudicis, quam dolori suo permettere, maluerunt. Tu mibi, cum circumfessus a tam illustri ciuitate sis propter tuum scelus, atque flagitium; cum coegeris homines miseris, & calamitosos, quasi desperatis nostris legibus, & iudicis, ad uim, ad manus, ad arma configere; cum te in opidis, ciuitatibus amicorum non legatum populi R. sed tyrannum libidinosum, crudelemq. praebueris; cum apud exteras nationes imperij, nominisq. nostri famam suis probris, flagitijsq. uiolaris; cum te ex ferro ami-

corum populi R. eripueris, atque e flamma sociorum euolaris: hic tibi perfugium speras futurum? erras. ut huic incideres, non ut hic conuiesceres, illi te uiuum exire passi sunt. Et ait iudicium esse factum, te iniuria circumfessum esse Lampsaci, quod Philodamus cum filio condemnatus sit. quid, si doceo, si planum facio, teste homine nequam, uerum ad hanc rem tamen idoneo, te ipso, inquam, teste docebo, te huius circumfessionis tuae cauam, & culpam in alios transstulisse, neque in eos, quos tu insimularis, esse animaduersum? iam nihil te iudicium Neronis adiuuat. Recita, quas ad Neronem literas misisti. EPISTOLA. C. VERRIS AD. NERONEM. THEMISTAGORAS. ET THESALVS. Themistagoram, & Thessalum scribit populum concitasse: quem populum? qui te ciecum sedidit, qui te uiuum comburere conatus est. ubi hos persequebis? ubi accusas? ubi defendis ius, nomenq. legati? in Philodami iudicio dices id actum. cedo mibi ipsius Verris testimonium. uideamus; quid idem iste iuratius dixerit. Recita: AB. ACCUSATORE. IN TERRA. Quid interrogatus. RESPONDIT. IN. HOC. IV DICO. NON. PERSEQVI; SIBI. IN. ANIMO ESSE. ALIO. TEMPORE. PERSEQVI. Quid igitur te iuuat Neronis iudicium? quid Philodami damnatio? legatus cum esses circumfessus; cumque, quemadmodum tute ad Neronem scripsisti, populo R. communiq. cauuae legatorum facta esset iniuria insignis; non es persecutus; dicas tibi in animo esse alio tempore persecuti. quod fuit id tempus? quando es persecutus? cur imminuisti ius legationis? cur cauam populi R. deseruisti, ac prodidisti? cur iniurias tuas, coniunctas cum publicis, reliquisti? non ne te ad senatum, cauam deferre, non de tam atrocibus iniurijs conqueri, non eos homines, qui populum concitarant, consulim litteris euocando curare oportuit? nuper, M. Aurelio Scauro postulante, quod is Ephesi se quaelorem ui prohibitum esse dicebat, quo minus e fano Diana seruum suum, qui in illud asyllum confugisset, abduceret; Pericles Ephesius, homo nobilissimus, Romanum euocatus est, quod auctor iniuriae illius fuisse argueretur. tu, si, re legatum ita Lampsaci tractatum esse, senatum docuisses, ut tui comites vulnerarentur, licet occideretur, ipse circumfessus paene incenderere, eius autem rei duces & autores, & principes fuisse, quos scribis, Themistagoram, & Thessalum; quis non commoueretur? quis non ex iniuria, quae tibi esset facta, sibi prouideret? quis non in ea re cauam tuam, periculum commune agi arbitraretur? etenim nomen Legati eiusmodi esse debet, quod non modo inter sociorum iura, sed etiam inter hostium tela incolume ueretur. Magnum hoc Lampsacenum crimen est libidinis, atque improbissimae cupiditatis: accipite nunc auaritiae propedium in suo genere non leuis. Milesios nauem poposcit: quae eum praefidij causa Myndum prosequretur. illi statim myoparonem egregium de sua classe, ornatum, atque armatum, dederunt. hoc praefidio Myndum projectus est. Nam, quid Milesij lance publicae abstulerit, item de sumptu in aduentum, de contumelij, & iniurijs in magistratum Milesium, tametsi dici tam uere, tum grauiter, & uehementer potest, tamen dicere praetermittam, eaq. omnia testibus integra resuabo. illud, quod neque taceri ullo modo potest, neque dici pro

ei pro dignitate, cognoscite. milites remigesq. Miles-  
tum Myndo pedibus reuerti iubet: pse myoparonem  
pulcherrimū, de decem Milesiorum nauibus electum,  
L. Magio, & L. Fannio, qui Myndi habitabant, uen-  
didiit. hi sunt homines, quos nuper senatus in hostium  
numero censuit habendos. hoc illi nauigio ad omnes  
populi R. hostes usque ab Dianio, quod in Hispania est,  
ad Sinopem, quae in Ponto est, nauigauerunt. O di-  
immortales, incredibilem auritiam, singularemq. au-  
diaciam. nauem tu de classe populi R. quam tibi Mile-  
sia ciuitas, ut te prosequeretur, dedit, ausus es uen-  
dere? si te magnitudo maleficij, si te hominum existi-  
matio non mouebat; ne illud quidem cogitabas, huic  
improbissimi farti, huinc adeo nefariae praedae tam  
illustrem ac tam nobilem ciuitatem testem futuram?  
an, quia tum Cn. Dolabella in eum, qui ei myoparoni  
praefuerat, Milesisq. rem gestam renunciarat, ani-  
maduertere tuo rogatu constitutus est, renunciationemq.  
eius, quae erat in publicas litteras relata illorum legi-  
bus, tolli iussuerat; iccirco te ex hoc crimen elapsum  
esse arbitrabare? multum te ista sefellit opinio, & qui-  
dem multis in locis: semper enim existimasti, & ma-  
xime in Sicilia, satis cantum tibi ad defensionem fore,  
si aut referri aliquid in litteras publicas uetussem, aut,

quod relatum esse, tolli coegeris. hoc quim nihil sit,  
tametsi ex multis Sicliae ciuitatibus priore actione di-  
dicisti, tamen etiam in hac ipsa ciuitate cognoscere. sun-  
illi quidem dicto audientes, quam diu adjunt iij, qui im-  
perant: simul ac discesserunt, non solum illud perscri-  
bunt, quod tum prohibiti sunt, sed etiam causam adseri-  
bunt, cur non tum in litteras relatum sit: manent ille  
litterae Miletii: manent, & dum erit illa ciuitas, ma-  
nebunt. decem enim naues insu L. Morenae popu-  
lus Milesins ex pecunia ueligali populi R. fecerat;  
sicut pro sua quaque parte Asiae veterae ciuitates.  
quamobrem unam ex decem non praedonum repentina  
aduentu, sed legati latrocinio, non ui tempestate, sed  
hac horribili tempestate sociorum amissam, in litteras  
publicas retulerunt. sunt Romae legati Milesii, homi-  
nes nobilissimi, ac principes ciuitatis: qui tametsi men-  
sem Februarium expectant, & consulum designato-  
rum nomen extimescunt, tamen hoc tantum facinus  
non modo negare interrogati, sed ne producti quidem  
reticere poterunt. dicent, inquam, & religione addu-  
cti, & legum domesticarum metu, quid illo myopa-  
rone factum sit. ostendent, C. Verrem in ea classe;  
quae contra piratas aedificata sit, piratam ipsum con-  
seleratum fuisse.

## EXPLANATIO

**N**E MO I A M, Dolabella, artis oratoriae est, post narrationem uti apostrophe uel ad reum, uel  
ad iudices, uel ad quemuis: ad reum, ut supra, cum scelus Verres in Carbonem consulem, cui  
quaestor fuerat, exposuitset, ad Verrem conuerfus, tamquam eius scelerem commotus, haec dixit: Ia-  
ne uero? tu, cum quaestor ad exercitum missus sis, custos non solum pecuniae, sed etiam consulis;  
particeps omnium rerum, consiliorumq. fueris; habitus sis in liberum loco, sicut nos majorum fere-  
bat; repente relinquas? deseras? ad aduersarios transcas? o scelus, o portentum in ultimas terras ex-  
portandum. Et absoluta narratio furti, quod Verres Deli commiserat, ad ipsum oratione traducta:  
Non dubito, inquit, quin tametsi nullus in te sensus humanitatis, nulla ratio umquam fuit religionis,  
nunc tamen, in metu, periculoque, tuorum tibi scelerum ueniat in mentem. potest ne tibi ulla spes fa-  
lutiis commoda ostendi, cum recordaris, in deos immortales quam impius, quam sceleratus, quam ne-  
farius fueris? Etaio loco, cum ab eo fanum Diana spoliatum dixisset, subiunxit statim: Quae, na-  
lum, est ista tanta audacia, atque amentia? Apostrophe ad iudices illa praeclara: Quid hoc homine fa-  
ciatis? aut ad quam spem tam perfidiosum, tam importunum animal reseruetis? qui in Cn. Carbone  
fortem, in Cn. Dolabellam uoluntatem neglexerit, ac niolarit, eosq. ambos non solum deseruerit, sed  
etiam proddiderit, atque oppugnarit. Hac ad Dolabellam, cuius in Philodamum & filium insignis fue-  
rat iniuria, nihil opportunius. Illa uero, quae communem spectat utilitatem, atque ad omnium fortu-  
nas porrigitur, nulla praestantior: ut de Verre pupilli bona, cui tutor erat, eripiente: En cui tuos libe-  
ros committas: en memoria mortui sodalis. Sunt aliae prope innumerabiles, unde uim, & acrimoniam  
non mediocrem sumit oratio: quae suis locis attente legentibus occurrit, nobis hoc genus ornamenti;  
quo mirabiliter Cicero excellit, indicasse satis est. EGESTATE, § bonis tibi ademptis, repetundarum  
damnato. Lib. IV. Ne nunc quidem in tanto tuo, liberorumq. tuorum periculo perhorrescis? QVAE-  
STORIS in locum. § Malleolo quaestore mortuo. AVXILIIS, § pecunia. AD INIMICOS tuos, §  
ad eum, qui te accusauit, M. Scaurum. Nisi damnato te, § uerebatur enim, ne tu eas praesens re-  
felleres: cum ille in eas falsa multa retulisset. TANTAE ne tuae, Verres, libidines erunt, § haec apo-  
strophe familiam dicit. NON MODO § pro, nedum: ut alibi saepè Cicero. Nisi publice satisfa-  
ctum sit, § eius criminis poena soluta, aut ijs, qui deliquerant, populo Romano traditis. BELLEM  
indici, atque inferri solere. § indictum, illatumq. Corinthijs, ac Tarentinis historiae narrant. LENI-  
SIMIS § quos tamen iniuriae tuae magnitudo ad furorem impulsit. Hoc & supra Cicero spectauit, in  
eo: Homines ipsi tum summe in omnes ciues Romanos officiosi, tum praeterea sedati, & quieti, prope  
praeter ceteros ad summum Graccorum otium potius, quam ad ullam uim, aut tumultum accommo-  
dati. Eam uero lenititudinem eis natura datam, confirmatam consuetudine, auctam disciplina dicit,  
haec enim tria sunt eiusmodi, ut ab ijs omnia, quae sunt in nobis, sive bona, sive mala, nascantur. Duo  
nominauit in ep. ad Catonem, naturam, &, pro disciplina, rationem, atque doctrinam. Si quisquam,  
inquit, sunt umquam remotus & natura, & magis etiam, ut mihi quidem sentire videor, ratione, at-  
que doctrina, ab inani laude, & sermonibus uulgi: ego profecto is sum. VOLVNTATE supplicibus, §  
ad fortunam

ad fortunam uoluntatem adiunxit, quia multi fortunae necessitatem iniquo animo ferunt. gravis enim illud erat, Fortuna seruis: fecuta correctio est, Voluntate supplicibus. IN EVM locum & eo furoris, & iracundiae. HOC VTI persugio: ut ui, & armis iniurias uiciscantur suas. ERRAS: ut hic invaderes, non ut hic conquiesceres, illi te unum exire passi sunt. & locum de Clodio, ex epistola quadam ad Atticum, ad notandum similitudinem confer: Erras, inquit, Clodi: non te iudices urbi, sed carceri referuarunt, neque retinere in ciuitate, sed exilio privare uoluerunt. M. AVRELIO Scauro & coforfasse, qui Cn. Dolabellam accusauit. POSTVLANTE, & accusante Ephesios. PROPEMODVM in suo genere non leuius. & prope ita summum hoc in auaritia, ut illud in libidine, crimen fuit. Myoparonem & piraticae natus genus. AD OMNES populi Romani hostes & Dianum ad Sertorium, Sincopem ad Mithridatem. inter quos legati fuere, de societate contra populum Romanum coacta. DECENM naues & quibus L. Murena bello Mithridatico ueteretur. De Mithridate, Murena, eius, quem Cicero defendit, pater, triumphauit. MENSEM Februarium & hi legati Milesiorum erant: legationibus autem audiendis Februarium mensem dari solitum, Cicero docet ep.4. lib. I. fam. & ep.3.lib.II. ad Q. fr. CONSULVM designatorum & Hortensii, & Metelli, Verris amicissimorum. EXSPECTANT, & unde sibi impedimenta, & damna, si Verrem suu testimonio laeserint, exspectant. Non video, cur hic Extimescunt, pro Exspectant, reponere sit necesse: quod alij opinantur. nam in uerbo, Exspectant, metus ineft. Exspectant enim ut aduersarios suos, & unde timere aliiquid possint. RELIGIONE & iurisfuerandi. testimonium enim a iuratis dicebatur. LEGVM domesticarum & quibus in eas animaduerteretur, nisi de illo myoparone uerum testimonium dicerent. QVID ILLO myoparone factum sit, & uenditum scilicet a Verre. supra sic locutus: Quid hoc homine faciatis? AEDIFICATA sit, & iussu L. Murenae. PIRATAM ipsum & quia, piratarum more, myoparonem abstulerit, & ut suum vendiderit.

## ORATIO

C. MALLEOLO, quaestore Cn. Dolabellae, occiso, duas sibi hereditates uenisse arbitratus est, nam quaestoriae procula, (nam a Dolobella statim pro quaestore iussus est esse) alteram tutelae. nam cum pupilli Malleoli tutor esset, in bona eius impetus fecit. nam Malleolus in proniciam sic copiose profectus erat, ut domi prorsus nihil relinqueret. praeterea pecunias occuparat apud populos, & syraphas fecerat: argenti optime caelati grande pondus secum tulerat: (nam ille quoque sodalis istius erat in hoc morbo, & cupiditate) grande pondus argenti, familiaris magnam, multos artifices, multos formosos hemines reliquit. iste, quod argenti placuit, inuasit: quae mancipia uoluit, abduxit: uina, ceteraque, quae in Asia scilicet comparantur, quae ille reliquerat, exporauit: reliqua uendidit, pecuniam exegit. cum ad HS decies quinques redigisse constaret: ut Romam redi, nullam litteram pupillo, nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit: seruos artifices pupilli cum habere domi, circumpedes autem homines formosos, & literatos, suos esse dicebat, se emisse. cum saepius mater, & uia pueri postularent, uti, si non redderent pecuniam, nec rationem daret, diceret saltē, quantum pecuniae Malleoli deportasset: multis efflagitatus aliquando dixit, HS decies: deinde in codicia extrema tera nomen infimum flagitiosa litura fecit: expensa Chrysogono seruo HS sexcenta millia, accepta pupillo Malleolo retulit. quo modo ex decies HS DC sint facta, quonodo DC eodem modo quadravint, (ut illa de Cn. Carbonis pecunia reliqua HS sexcenta facta) quo modo Chrysogono expensa lata sint, cur id nomen infimum, in lituraq. sit, uos existimabitis. tamen HS sexcenta millia cum accepta retulisset, HS quadringenta millia soluta non sunt. homines, postea quam reus factus est, alij redditu, alij etiam nunc retingentur: peculia omnium, uicarij, retingentur. Haec est prima tutela, en cui tuos liberos commit-

tas, en memoria mortui sodalis, en metus uiuorum existimationis. Cum tibi se tota Asia spoliandam, ac uexandam tradidisset; cum tibi exposita esset omnis ad praedandum Pamphylia: contentus histam opimis rebus non fuisti? manus a tutela, manus a pupillo, manus a sodalis filio abstinere non potuisti? iam te non Siculi, non aratores, ut dictitas, circumueniunt, non ij, qui decretis, editisq. tuis in te concitat, infestiq. sunt: Malleolus, a me productus, & mater eius, atque auia: quae miserae, flentes, eversum a te puerum patrijs bonis esse dixerunt. quid exspectas? an, dum ab inferis ille Malleolus existat, atque abs te officia tutelae, sodalitatis, familiaritatisq. flagitet & ipsum putato adesse. homo auarissime & surcissime, redde bona sodalis filio, si non quae abstulisti, at quae confessus es. cur cogis sodalis filium hanc primam in foro uocem cum dolore, & querimonia emittere? cur sodalis uxorem, sodalis socrum, domum denique totam sodalis mortui contra te testimonium dicere? cur pudentissimas, leclissimasq. feminas in tantum uirorum conuentum insolitas, inuitasq. prodire cogis? Recita omnium testimonia. TESTIMONIA. MATRIS. ET. AVIAE. Pro quaestore uero quo modo iste commune Miliadum uexarit; quo modo Lyciam, Pamphyliam, Pisidiam, Thrygiamq. totam, frumento imperando, acsimilando hac sua, quam tum prium excoxitauit, Siciliensi acsimilazione, afflixerit; non est necesse demonstrare uerbis. hoc scitote, his nominibus, quae res per eum gestae sunt, cum iste ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, saccos imperaret, neque ea sumeret, pro his rebus pecuniam exigeret, his nominibus solis Cn. Dolabellae H. S. ad tricies litem esse acsimilatam. quae omnia, etiam si uoluntate Dolabellae siebant, per istum tamen omnia gerebantur. consistam in uno nomine: multa sunt ex eodem genere. Recita. DE. LITIBVS. AESTIMATIS C. N. DOLABELLAE. PR. POPVLO. R. PICV- NIAE.

NIAE. REDACTAE. QVOD. A. COMMVN  
MILIADVM. Te haec coegisse, te aestimasse, tibi  
pecuniam numeratam esse dico: eademq. ni, & iniuria  
cum pecunias maximas cogeres, per omnes partes pro  
vinciae te, tamquam aliquam calamitosam tempesta  
tem, pessimeque peruersisse demonstro. itaque M. Scau  
rus, qui Cn. Dolabellam accusauit, istum in sua poter  
estate, ac ditione tenuit. homo adolescentis, cum istius  
in inquirendo multa fuit, ac flagitia cognosceret, fe  
cit perite, & callide: volumen eius rerum gestarum ma  
ximum isti ostendit: ab homine, quae uoluit, in Do  
labellam abstulit: istum testem produxit. dixit iste,  
quae uelle accusatorem putauit. quo ex genere mibi  
testium, qui cum isto furati sunt, si uti uoluissim, ma  
gna copia fuisset; qui, ut se pericuio litium, coniunctio  
ne criminum, liberarent, quo ego uellem, descensuros  
polieebantur. eorum ego uoluntatem omnium repu  
diaui: non modo proditori, sed ne perfugae quidem lo  
cus in meis castris cuiquam fuit. forsitan meliores illi  
accusatores habendi sunt, qui haec omnia fecerunt. sed  
ego defensorem in mea persona, non accusatorem, ma  
xime laudari nolo. Rationes ad aerarium, ante quam  
Dolabella condemnatus est, non audet referre. impe  
rat a senatu, ut dies sibi prorogaretur, quod tabulas  
suas ab accusatoribus Dolabellae ob-signatas diceret:  
perinde quasi exscribendi potestatem non haberet. so  
lus est hic, qui numquam rationes ad aerarium referat.  
audistis quaestoriam ratione tribus uesticulis relatam  
legationis, non nisi condemnato, & electo eo, qui posset  
reprehendere: nunc denique praeturae, quam ex S.C.  
statim referre debuit, usque ad hoc tempus non reculit,  
quaestorem se in senatu exspectare dixit. perinde quasi  
non, ut quaestor sine praetore posset referre, ut tu Hor  
tensi, ut omnes, codem modo sine quaestore praetor.  
Dixit, idem Dolabellam imperasse. omen magis pa  
tribus conscriptis, quam causa placuit. probauerunt.  
Verum quaestores quoque iam pridem uenerunt: cur  
non reculisti? illarum rationum ex ea facie legationis,  
quaestoriaeque tuae procurationis illa sunt nomina, que  
Dolabellae necessario sunt aestimata. Ex. LITIBVS  
AESTIMATIS DOLABELLAE. PR. ET. PROPR.  
quod minus Dolabella Verri acceptum retulit, quam  
Verres illi expensum tulerit, H-S quingenta triginta  
quinque millia: quod plus fecit Dolabella Verrem ac  
cepisse, quam iste in suis tabulis habuit, H-S ducenta  
triginta duo millia: quod plus frumenti fecit acce  
pisse istum, H-S decies & octingenta millia; quod  
tu, homo castissimus, aliud in tabulis habebas. hinc  
illae extraordinariae pecuniae, quas, nullo duce, ta  
men aliqua ex particula inuestigamus, redundarunt.

bine ratio cum Q. & Cn. Postumijs, Curtijs, multis no  
minibus, quorum in tabulis iste habet nullum, hinc  
H-S quaterdecies P. Tadio numerata Athenis, te  
stibus planum faciam. hinc empta apertissime pra  
tura: nisi forte id etiam dubium est, quo modo iste  
praetor factus sit, homo scilicet aut industria, cui op  
era probata, aut frugalitas existimatione praeclara,  
aut denique, id quod leuisimum est, assiduitate, qui  
ante quaesturam cum meretricibus lenonibusq. uis  
set, quaesturam ita gessisset, quemadmodum cognou  
isti, Romae post quaesturam illam nefariā uix triduum  
constitisset, absens non in obliuione iacuisse, sed in off  
dūa commemoratione omnibus omnium flagitorum  
fuisset; is repente, ut Romanum uenit, gratia praetor fa  
ctus est. alia porro pecunia, ne accusaretur, data,  
cui sit data, nihil ad me, nihil ad rem pertinere arbit  
ror: datam quidem esse, tum inter omnes, recentine  
gotio, facile constabat. Homo stultissime, & amentissi  
me, tabulas cum conficeret, & cum extraordinaria  
pecunia crimen subterfugere uelles, satis te elapsurum  
omni suspitione arbitrabare, si, quibus pecuniam cre  
debas, ijs expensum non ferres, neque in tuas tabulas  
ullum nomen referres, cum tot tibi nominibus accep  
tum Curtij referrent: quid proderat tibi, te expensum  
illis non tulisse? an tuis solis tabulis te causam di  
eturum existimasti? Verum ad illam iam ueniamus pra  
clarum praeturam, crimināq. ea, quae notiora sunt his,  
qui adsunt, quam nobis, qui meditati ad dicendum pa  
ratiq. uenimus. in quibus, non dubito, quin offendio  
nem negligientiae uitare, atque effugere non possim.  
multi enim ita dicent: de illo nihil dixit, in quo ego in  
tersui: illam iniuriam non attigit, quae mihi, aut que  
amico meo facta est; quibus ego in rebus intersui, his  
omnibus, qui istius iniurias norunt, hoc est populo R.  
uuiuerso, me uolumenter excusatim uolo, non negli  
gentia mea fore, ut multa praetereram, sed quod alia  
testibus integra reseruari uelim, multa autem proprie  
rationem breuitatem, ac temporis praetermittenda ex  
stitem. fatebor etiam illud iniuritus, me prorsus, cum iste  
punctum temporis nullum uacuum peccato praeterire  
pasus sit, omnia, quae ab isto commissa sunt, non po  
tuuisse cognoscere. quapropter ita me de praeture cri  
minibus auditore, ut ex utroque genere, & iuriis dicen  
di, & scitorum testorum exigendorum, ea postule, quae  
maxime digna sunt eo reo, cui paruum ac mediocre  
objici nihil oporteat. Nam ut praetor factus est;  
qui auspicato a Chelidone surrexisset, sortem natum est  
urbanae provinciae, magis ex sua, & Chelidone, quam  
ex populi R. uoluntate: qui principio qualis in editio  
constituendo fuit cognoscere.

## EXPLANATIO

**O**CCISO iterum iam dixit, Occiso. nam, mortuo, si dixisset, naturalem mortem significasset.  
Suspicio igitur uerbo usus est, ut eo quoque criminе Verrem notaret, cui, mortuum illi Malco  
lum, bono fuit. quod L. ille Cassius in iudicijis quaerendum censebat. OCCUPARAT: in quaestum  
contulerat: populis commodauerat, ut fructum penderet, id est usuram. Pro Flacco: Pecuniam ado  
lescentulo grandi fenore occupauisti. Ibidem: Ac tu quidem Tralliani, cum ipsi graui fenore istam pe  
cuniam multos annos occupauisse, a Flacco tamen omnia, quae uoluerunt, impetraverunt. Et Nonius.  
SYNGRAPHAS fecerat: creditae pecuniae. nam Syngrapha, utriusque manu facta, creditori caue  
bat. Phil. II. Syngrapha H-S centies per legatos facta in gynaeco. Pro Postumo: Suppedita pecu  
nia a Postumo est, factaeque syngraphae sunt in Albano Cn. Pompej. Et in ep. ad Trebatium: Tam  
quam



quam syngrapham ad imperatorem, non epistolam, attulisses, sic, pecunia ablata, domum redire pro-  
perabas. Est igitur syngrapha, ex qua creditor agendi cum creditore potestatem habet. NAM ILLE  
quoque, sodalis istius, erat in hoc morbo, & sic distinguo, non, ut alij, Sodalis istius erat in hoc morbo.  
Laborabat, inquit, hoc morbo ille quoque, sodalis istius. Infra: En memoria mortui sodalis. Et:  
Manus a sodalis filio abstinere non potuisti? FAMILIAM magnam, & seruos quamplurimos, & in ijs  
multos artifices, multos formosos homines. Nepos in Attici uita: Vluis est familia, si utilitate iudican-  
dum est, optima; si forma, uix mediocri. namque in ea erant pueri litteratissimi, anagnostae optimi,  
& plurimi librarij: pari modo artifices ceteri, quos cultus domesticus desiderat, apprime boni. HS xx  
quoniamque 3 uicies quinque. scutatorum septuaginta quinque millia. CIRCVMPEDES 3 qui num-  
quam a domino discedunt, parati ad omnia, quae imperentur. HS DECIES 3 scutatorum triginta mil-  
lia. EXTREMA cera 3 extrema parte. LITURA 3 corrupti codicis duo signa, & quod in extrema  
cera, & quod in litura nomen illud factum est: quod autem nomen? id, quod sequitur: Expensa Chry-  
sogono seruo HS sexcenta millia. quae sunt, scutatorum decim & octo millia. ACCEPTA pupillo Malleo-  
lo retulit. 3 creditorem scribit in codice pupillum eius pecuniae, debitorem eundem, quia Chrysogono  
data sit. QVADRARIINT, 3 ut neque plura, neque pauciora essent. DE CN. CARBONIS  
pecunia 3 retulit enim in rationes, Arimini a se relicta HS sexcenta millia. supra. QVO MODO 3 cu-  
ius iussu, qua causa. INFIMVM, 3 in extrema cera. CVM ACCEPTA retulisset, 3 hic locus, ut mihi  
uidetur, ostendit, hanc sententiam esse debere superiorum uerborum, Accepta Malleolo retulit; ita  
expensa Chrysogono, quasi ea Malleolus accepisset. ita se Verres HS sexcentorum millium solutione li-  
berabit: cum tamen ea non Chrysogono dedisset, sed sibi retineret. Aut igitur sic explanandum, aut  
hic legendum, Cum expensa retulisse. HS QVINQUE millia soluta non sunt. 3 si H-S sexcenta millia  
perierant, saltem, quod ex decies reliquum erat, idest quadrageinta millia, (sic enim, ut ratio quadret,  
legendum uidetur) solui oportuit. at ne id quidem reliquum solutum est. Haec est omnino huius loci  
sententia: quid alij senserint, omitto. HOMINES 3 artifices, & circumpedes illi, ex familia Malleo-  
li, quos suos esse, a seq. emptos dixerat. PECULIA omnium uicarij. retainentur. 3 quod eorum seruo-  
rum labore, & industria lucri fit, (id esse Peculum, ostendit Festus) ab eo retainentur. retainentur & ui-  
carij, idest, eorum seruorum serui: quae pars eorum peculij fuit. EN, CVI tuos liberos committas:  
en memoria mortui sodalis: en matus iuorum existimationis. 3 post narrationem indignatio, ut lib. V. En,  
quod Tyndaritani libenter praedicent. Et pro Sextio: En, cur ceteri reges stabilem esse suam fortunam  
arbitrentur: cum, hoc illius funesti anni perditio exemplo uideant, per tribunum aliquem, & sexcen-  
tus operas se fortunis spoliari, & regno omni posse nudari. ASIA 3 Cilicia: ut supra docui. MILEA-  
DV M 3 ciuitas Pamphyliae Milyas fuit. LYCIAM, Pamphyliam, Pisidiam, Thrygiamq. totam 3 Cili-  
censis prouinciae partes. IMPERANDO, aestimando 3 primum frumentum imperabat, deinde fru-  
mento pecuniam exigebat, aestimatione iniquissima, eadem, quae postea usus est in Sicilia. TRICES 3  
scutatorum nonaginta millia. PER ISTVM tamen omnia gerebantur. 3 ergo non sine istius lucro.  
IN UNO nomine: 3 in rebus imperatis, neque sumptis, sed aestimatis. HOMO adolescens 3 qui,  
cupiditate adductus, nihil praetermitteret, quod ualere ad reum condemnandum existimaret. IN in-  
querendo 3 dum in Dolabellam inquirit. EIVS rerum gestarum 3 rerum a Verre commissarum. Res ge-  
stas appellat, per ironiam extollens. ISTIT ostendit, 3 ut eum, metu poenae deterritum, haberet, si-  
c ut habuit, in potestate ac ditione sua. NON AVDET referre. 3 ne quid a Dolabella praesente re-  
prehenderetur. supra: Rationes ad aerarium, nisi damnato te, referre noluit. QVAESTORIAM ratio-  
nem 3 pecuniae tunc administratae, cum Carbonis quaestor esset. TRIBVS uersiculis 3 paucissimis  
uerbis, supra. PRAETVRAB: 3 Siciliensis. QVAESTOREM 3 Syracusanum: is enim potius, quam  
Lilybaetus, qui longius a quaestore aberat, rationes cum Verre tractauit. quamquam & Lilybaeta-  
nus administratae a se pecuniae rationes referebat. itaque supra dixit Cicero, qui Lilybaetus quaestor  
fuerat: Hoc est rationes referre: hoc modo aut ego, aut tu, Hortensi, aut quisquam hominum retulit?  
Quare, si, Quaestorem, legimus: quod probant illa uerba: Perinde quasi non, ut quaestor sine praec-  
tore posset referre, eodem modo sine quaestore praetor: malim, ut dixi, de Syracusano accipere. fin,  
Quaestores: quamquam neque ex antiquis libris, neque ex sententia mutationis caussam habeo: de utro-  
que intelligamus. DOLABELLA 3 cum e Cilicia Romam rediisset. OMEN 3 quasi ominaretur  
Verres, cum idem peteret, quod Dolabella impetraverat, fore, utidem quoque sibi, quod illi contige-  
rat, in iudicio repetundarum eveniret. damnatus enim erat criminis repetundarum Dolabella. CAV-  
SA, 3 quam offerebat Verres, quod serius rationes referret: quia scilicet quaestorem expectaret: quod  
Dolabella quoque impetrasset. caussa senatu non placuit, omen placuit: ideo, propter omen, caussam  
probavit, idest petenti Verri ueniam dedit. QVAESTORIAE 3 cum Dolabellae proquaestor fuisti.  
NECESSARIO 3 quia patebant furta: quae tamen ad sordidissimam potius legationem, quaestoriām q.  
procurationem tuam pertinebant. VERRI acceptum retulit, 3 scripsit in suis tabulis, a Verre se acce-  
pisse. ILLI acceptum tulerit, 3 illi se dedisse scripsit. H-S QVINGENTA triginta quinque millia: 3  
scutatorum sedecim millia, quinquaginta. H-S DVCENTA triginta duo millia: 3 sex millia, nongen-  
tos, sexaginta scutatos. H-S DECIES, & oītingenta millia: 3 scutatorum quinquaginta quattuor mil-  
lia. HOMO castissimus 3 purus ab omni scelere: cuius tabulis ob uitam innocentem actam habenda fides  
est. PECUNIAE 3 tuae, quarum originem non reperimus: ducem enim, quem sequaniur, non ha-  
bemus: inuestigamus tamen eas, & quaerimus, si non omnes, ex aliqua tamen particula. REDVN-  
S DARVNT. 3

DARVNT. § quod enim relatum tibi acceptum minus est in tabulis Dolabellae, aut quod plus tibi expensum, quam in tuis, id totum furtum tuum est, inde redundant illae pecuniae extraordinariae: quas unde habeas, non constat ex tabulis tuis: cum tamen eas tractent Q. & Cn. Postumi Curtij. POSTUMI § soli Curtij infra nominantur: itaque lego, Postumi: ut sint duo Curtij, utroque Postumi cognomine. Infra: Cum tot tibi nominibus acceptum Curtij referrent. MVLTIS nominibus, § in tabulis Curtiorum nomina multa sunt, quibus illi pecunias tibi acceptas referunt: at eorum nominam in tuis tabulis nullum est: patere enim noluisti, unde ea pecunia ad te uenerit. HS QVATER decies scutariorum centum uiginti millia. Hic ego suspicor de mendo. nam unico verbo ueteres dicebant, uicies, tricies, quadrages, pro, bis decies, ter decies, quater decies. in Asconio legitur, x i v. quod fortasse ualeat, decies quater centena millia, multo minore summa, quam superiore. sunt enim scutariorum quadraginta duo millia. P. TADIO § ei fortasse, qui legatus eius fuerat. ASSIDVITATE, § officio affectationis. ALLA porro pecunia, § aliam dedit, ut praetor fieret, idest H-S octuaginta millia: aliam praetor factus, ne de ambitu accusaretur, H-S trecenta millia. lib. I V. EXTRAORDINARIA pecunia, § nisi fallor, Extraordinariae pecuniae, postular sententia. SARTORVM telorum exigendorum, § quaecura pertinuit ad censores: sed cum, Verre praetore, censores nulli essent, neque adeo per aliquot annos fuisset, ei muneri praetor urbanus Verres extra ordinem praefuit. AVSPICATO § facere. nam auspicia auibus siebant. Chelidon autem Verris amica fuit: cuius ex nomine iocus nascitur. SVRREXISTE, § et leitulo, ubi cum Chelidone iacuerat. egregium auspicium designati praetoris. ideo sorte naectus est urbanae prouinciae: non ut quaereret de criminibus: quod alijs praetoribus contigit: sed ut esset praetor urbanus, in qua prouincia furati plurimum posset. ideo subiungit Cicero: Magis ex sua, & Chelidonis, quam ex populi Romani uoluntate. NACTVS est, § ex animi lui sententia, cum urbana prouincia quaestuosa in primis esset.

## O R A T I O

P. ANNIVS Asellus mortuus est. Sacerdote praetore. is cum haberet unicam filiam, neque census esset; quod eum natura hortabatur, lex nulla prohibebat, fecit, ut filiam bonis suis heredem institueret. heres erat filia: faciebant omnia cum pupilla, legis aequitas, uoluntas patris, editia praetorum, consuetudo iuris eius, quod erat tum, cum Asellus est mortuus. iste, praetor designatus, (utrum admonitus, an tentatus, an, qua est iste sagacitate in his rebus, sine duce ullo, sine indice peruenierit ad hanc improbitatem, nescio: nos tantum hominis audaciam, amentiamq. cognoscite) appellat heredem L. ANNIVM, qui erat institutus secundum filiam. non enim mihi persuadetur, istum ab illo prius appellatum. dicit, se posse ei condonare edicto hereditatem: docet hominem, quid possit fieri. illi bona res, huic uendibilis uidebatur. iste tametsi singulari est audacia, tamen ad pupillae matrem summitebat; malebat pecuniam accipere, ne quid noui ediceret, quam ut hoc edictum tam improbum, & inhumanum interponeret. tutores, pecuniam praetori si pupillae nomine dedissent, grandem praesertim, quemadmodum in rationem inducerent, quemadmodum sine periculo suo dare possent, non uidebant: simul & istum fore tam improbum non arbitrabantur. saepe appellati, pernegerunt. iste ad arbitrium eius, cui condonarat hereditatem treptam liberis, quam aequum edictum scripsit, quaeſo, cognoscite. CVM. INTELLIGAM LEGEM. VOCONIAM. quis umquam crederet Verrem mulierum aduersarium futurum? an ideo aliquid contra mulieres fecit, ne totum edictum ad Chelidonis arbitrium scriptum uideretur? Cupiditat hominum ait se obuiam ire. quid potus non modo his temporibus, sed etiam apud maiores nostros? quis tam remotus fuit a cupiditate? Dic, quaeſo, cetera: deleſtat enim me hominis grauitas, scientia iuris, auctoritas. QVI. AB A. POSTVMIO. Q. FVLVIO. CENSORIBVS. POST VE. EA. FECIT. FECERIT. Fecit, fecerit? quis

uinquam edixit illo modo? quis umquam eius rei fraudem, aut periculum proposuit edicto, quae neque post edictum, neque ante edictum prouideri potuit? iure, legibus, auctoritate omnium, qui consulebantur, testamentum P. Annivs fecerat, non improbum, non inofficium, non inhumani. quod sita fecisset; tamen post illius mortem nihil de testamento illius non iuris constiuit oportere. Voconia lex te uidelicet delictabat. iniurias esse illum ipsum C. Voconium; qui legi suaherditatem admisit nulli neque uirginis, neque mulieri: sanguin in posterum; qui post eos censores census esset, ne quis heredem uirginem, ne ue mulierem faceret. in lego Voconia non est. Fecit, fecerit: neque in illa praeterit tempus reprehenditur, nisi eius rei, quae sua sponte scelerata, ac nefaria est; ut, etiam si lex non esset, magnopere nitanda fuerit. atque in his rebus multa uidetur ita sancta esse legibus, ut ante facta in iudicium non uocentur. Cornelia, testamentaria, nummaria, ceterae complures, in quibus non ius aliquod nouum populo constituitur, sed sancitur, ut, quod semper maius facinus fuerit, eius quaeſio ad populum pertineat ex certo tempore. de iure uero si quis noui quid instituit, omnia, quae ante acta sunt, rata esse patitur? cedo mihi leges Atinias, Furias, ipsam, ut dixi, Voconiam, omnes praeterea de iure ciuili: hoc reperies in omnibus statui ius, quo post eam legem populus utatur. qui plurimum tribuant edicto, praetoris edictum legem annuam dicunt esse. tu edicto plus complectaris, quam lego. si finē edicto praetoris afferunt kalendas Ianuarii, cur non initium quoque edicti nascitur a kalendis Jan? an in eum annum progredi nemo poterit edicto, quo praetor alias futurus est: in illum, quo alias praetor fuit, regredietur? ac si hoc iuris non unius causa hominis edixisset, cautiſ compoſiſſes. scribis, Si quis heredem fecit, fecerit. quid, si plus iegarit, quam ad heredem, heredes ue perueniat, quod per legem Voconiam ei, qui census sit, licet? cur hoc, cum in codem genere sit,

fit, non caues? quia non generis, sed hominis caussam  
verbis amplectoris: ut facile appareat, te pretio esse  
commotum. atque hoc si in posterum edixisses, minus  
esset nefarium, tamen esset improbum: sed tum uitio-  
perari posset, in dubium venire non posset: nemo enim  
committeret: nunc est eiusmodi dictum, ut quiuis intelligat,  
non populo esse scriptum, sed P. Annij secundis  
heredibus. itaque, cum a te caput illud tam multis uer-  
bis mercenario prooemio esset ornatum, ecquis est innen-  
tus postea praetori, qui illud idem ediceret? non modo  
nemo edixit, sed ne metuit quidem quisquam, ne quis  
ediceret. nam post te praetorem multi testamenta eodem  
modo fecerunt, in his nuper Annia. ea de multo-  
rum propinquorum sententia, pecuniofa mulier, quod  
censa non erat, testamento fecit heredem filiam. itaque  
hoc magnum iudicium hominum de istius singulari im-  
probitate, quod Verres sua sponte instituisset, id nemini  
metuisse, ne quis reperiretur, qui istius institutum  
sequi uellet. solus enim tu inuentus es, cui non satis fue-  
rit corrigerre uoluntates uiuorum, nisi etiam rescinderes  
mortuorum. tu ipse ex Siciliensi editio hoc sustulisti: no-  
bus, ex improviso si quae res natae essent, ex urbano  
edito decernere. quam postea tu tibi defensionem relin-  
quebas, in ea maxime offendisti, cum tuam auctorita-  
tem tute ipse edito provinciali repudiabas. atque ego  
non dubito, quin ut mibi, cui filia maxime cordi est, res  
haec acerba uideatur, atque indigna, sic unicuique ue-  
strum, qui simili sensu, atque indulgentia filiarum com-  
mouemini. quid enim natura nobis iucundius, quid cari-  
us esse uoluit? quid est dignius, in quo omnis nostra  
diligentia, indulgentiaq. consumatur? homo importun-

nissime, cur tantam iniuriam P. Annio mortuo fecisti?  
cur hunc dolorem cineri eius, atque ossibus inuicti, ut  
liberis eius bona patria, uoluntate patris, iure, legibus  
tradita, eriperes, & cui tibi esset commodum, condonares?  
quibuscum uiui bona nostra partimur, ijs praetor  
adimere nobis mortis bona, fortunasq. poterit?  
Nec petitionem, inquit, nec possessionem dabo. Eripies  
igitur pupillac togam praetextam? detraberis ornamenti  
non solum fortunae, sed etiam ingenitatis? mira-  
mur, ad arma contra istum hominem Lampsacenos esse?  
miramur, istum, de provincia decedentem, clam Syra-  
cusi profugisse? nos si alienam uicem pro nostra iniu-  
ria uoleremus, uestigium istius in foro esset relictum?  
Pater dat filiae: probibes: leges finunt: tamen te in-  
terponis: de suis bonis ita dat, ut ab iure non abeat:  
quid habes, quod reprobendas? nihil, opinor. at ego  
concede: probibe, si potes; si habes, qui te audiat; si  
potest tibi dicto audiens esse quisquam, eripias tu uo-  
luntatem mortis? bona uiuus? ius omnibus? hoc  
populus R. non manu vindicaset, nisi te huic temporis,  
atque huic iudicio reservasset? postea quam ius praetor-  
ium constitutum est, semper hoc iure usi sumus, si  
tabulae testamenti non proferrentur, tum, uti proximi-  
num quemque potissimum heredem esse oporteret, ita  
secundum eum possesso daretur. quare hoc sit aequissi-  
num, facile est docere: sed in re tam usitata, satis est  
ostendere, omnes antea ius ita dixisse, & hoc uetus editum,  
translatumq. esse. cognoscite aliud hominis in  
re ueteri editum nouum: & simul, dum est unde ius ci-  
uile discatur, adolescentes ei in disciplinam tradite. mi-  
rum est hominis ingenium, mira prudentia.

## EXPLANATIO

**I**N EDICTO constituendo? praetor urbanus initio magistratus edictum, quod in annua iurisdictione  
seruaret, componere solebat. ideoq. C. Cornelius tribunus pl. legem tulit, ut praetores ex editis  
suis perpetuis ius dicerent, & decernerent. **C. SACERDOTEZ** qui praetor fuerat urbanus ante Ver-  
rem. Licinia gentis fuit, ut ex oratione pro Clientio cognoscitur. **NEQVE census esset**, & uel quia,  
cum censores, qui ante aliquot annos fuerant, ciuitatem censerent, rem non habuissent; uel quia tum  
Romae non fuisset. quam ob caussam heredem instituere filiam potuit. nam, si census esset, per legem  
Voconiam non potuisset. **AD MONITVS**, & ab improbo homine, qui Verres ingenium nosset. **TEN-  
TATVS**, & lucri caussa, ab aliquo, qui sibi hoc initio aditum ad alia luca uellet patefacere. **APPEL-  
LATZ** alloquitur hac de re. **EDICTO**, quod nondum de sua iurisdictione composuerat, cum adhuc  
designatus praetor esset. **IMPROBVM**, & **inhumanum**, improbum, contra leges; inhumanum, con-  
tra parentum uoluntatem, ipsamq. naturam, quae liberos nobis ita commendat; ut carius esse nihil uelit. **IN RATIONEM inducerent**, & in tabulis rationum scriberent. Eodem uerbo usus est ad Appium: In  
eo me non perseverasse, testes sunt rationes ciuitatum: in quibus quantum quaque uoluit legatis tuis da-  
tum, induxit. **AD ARBITRIVM eius**, & P. Annij, secundi heredis. **LEGEM Voconiam**, & Iubaudi, he-  
redem ab eo filiam institui nolle, qui consul non sit. haec enim legis Voconiae sententia fuit. qua ratio-  
ne ad excludendam Anniam paterna hereditate usus est Verres. Hanc legem, & Furiam, quae non per-  
mittebant ciuibus legare quidquid uellent, abrogauit Falcidia lex tribunicia, auctore Dione in Augusto.  
Voconia nominatur & lib. II. de Fin. in Catone, pro Balbo. **CUPIDITATI hominum ait se obuiam  
ire**, & ita Verres in edito scriperat. **CENSORIBVS**, censuram gesserant ante annos centum. Voco-  
nius legem tulit quinquennio post, Philippo, & Caepione cos. ut in Catone. **POST VE ea**, & antique,  
pro, Postea uel dicebant etiam, Post illa. **FECIT**, fecerit & heredem filiam. sic enim scripsisse Verrem  
puto. idq. confirmatur infra, in eo: Scribis, si quis heredem fecit, fecerit. **QVAE neque post edictum**, &  
quo modo enim, quod factum est ante edictum, id post edictum prouideri potuit? quo modo autem ante  
edictum: cum editi, nondum facti, occulta sententia esset? **CORNELIA**, & L. Sullae. **TESTA-  
MENTARIA**, de ratione condendi testamenti. **NVMMARIA**, de nummis adulterinis. utraque  
Cornelia est. **FVRIAS**, & Furiam, dixi iam, Voconiae similem fuisse. **DE IVRE uero ciuili**, de eo,  
quod antea sanctum, ad ciues pertinet, diuersum a iurepraetorio, quod a praetoris uoluntate penderet.  
**RATA esse non patietur**, ita legisse uidetur Asconius, & recte. **SI PLVS legarit**, & si, quod

Alijs legetur, plus sit, quam ad heredem, heredesne perueniat. **QVI CENSUS** sit, & qui census nos est, filiam heredem potest instituere: qui est, non potest, nisi si plus legat, quam heredi relinquat. **HOMINIS** & **L.** Annij, secundi heredis. Hoc, quod in urbano scripturas de mulierum hereditibus, **QVAM** postea tibi defensionem relinquebas, & ut opinor, hoc dicit. Si quid in Sicilia de mulierum hereditatibus decreuerit, eius decreti defensionem hanc tibi reliqueras, quod in edicto tuo urbano ita scriptum esset. in quo non animaduertebas, edicti urbani auctoritatem imminentiam a te esse provinciali edicto, in quod transferre caput illud noluisti, quia tibi ipsi iniquum esse uideretur. Relinquebas; quasi aliam non haberes. quod enim iure, & acquirate defendere non posse, id urbani tamen edicti auctoritate tueri cogitabas. **QVI SIMILI SENSU**, atque indulgentia siliarum conuocemini. & usus est infra eodem commiserationis loco. Habemus, inquit, liberos paruos, incertum est, quam longa nostrorum cuiusque uita futura sit, consulere uiui, ac propicere debemus, ut illorum solitudo, & pueritia quam firmissimo praesidio munita sit. **CVI TIBI** esset commodum, & cui tu uelles. de hoc loquendi genere supra diximus. **PARTIMVR**, & re enim nostra nobiscum simul liberi fruuntur: multo magis debent, cum mortui sumus. at id per Verrem non licuit. **PETITIONEM**, & petendi facultatem. **DABO**, & in edicto Verris ita scriptum erat: Si quis heredem fecit, fecerit filiam: nec petitionem, nec possessionem dabo. **TOGA** **praetextam**? feminae ante quam nuberent, matres ante annum x viii toga praetexta utebantur. **ORNAMENTA**? quid, si hoc ad bullam referatur? quae appendebatur in collo infantibus, ingenuis aurea, libertinis scorte. de bulla ut accipiam, facit illud infra: Neque te tam commouebat, quod ille cum toga praetexta, quam quod sine bulla uenerat, uestitus enim neminem commouebatis, quem illi mos, & ius ingenuitatis dabant. quod ornamentum pueritiae pater dederat, iudicium, atque insigne fortunae, hoc ab isto praedone erectum esse, grauitate & acerbe homines serabant. **AT EGO CONCEDO**: sed alij non concedunt. nemo est enim, qui te audiat: nemo, qui tibi dicto audiens esse uelit. **ITA SECUNDVM** eum possessio daretur. & acque ei possessio daretur, si tabulae testamenti non proferrentur, ac si is intestato mortuus esset. **TRANSLATICIVM**. & quod in alia, quae deinceps sunt, edita transfertur.

## ORATIO

**M**INUCIVS quidam mortuus est ante istum praetorem, eius testamentum erat nullum: lega hereditas ad gentem Minuciam ueniebat. si habuisset iste edictum, quod ante istum, & postea omnes habuerunt; possessio Minuciae genti esset data. si quis testamento se heredem esse arbitraretur, quod tum non extarer, lege ageret in hereditatem, aut, pro prae-de iudiciorum cum satis accepisset, sponsio rem faceret. ita de hereditate certaret. hoc opinor iure & maiores nosiri, & nos semper usi sumus, uidete, ut hoc iste correxerit. componit edictum ius uebris, ut quia intelligere possit, unius hominis causa conscriptum esse: tantum quod hominem non nominat: causam quidem totam prescribit: ius, consuetudinem, ac uitatem, edictum omnium negligit. **EX. EDICTO. VRBANO.** **SI. DE. HEREDITATE. AMBIGITVR.** At, per dies immortales, quid est, quod de hoc dici possit? iterum enim iam querero abs te, sicut modo in illo capite Amiano de mulierum hereditatibus, nunc in hoc de hereditatum possessionibus, cur ea capita in edictum provinciale transferre noluerit. utrum di gniores homines existimatis eos, qui habitabant in provincia, quam nos, qui aequo iure interentur: an aliud Romae acquum est, aliud in Sicilia? non enim hoc potest hoc loco dici, multa esse in provincia aliiter edicenda: non de hereditatum quidem possessionibus, non de mulierum hereditatibus: nam utroque genere video non modo ceteros, sed te ipsum totidem uebris edixisse, quot uebris edici Romae solet, quae Romae magna cum infamia, prelio accepto, edixerat, ea sola te, ne gratis in provincia male audires, ex edicto Siciliensi sustulisse video. Et cum edictum totum eorum arbitratu, quam diu fuit designatus, componeret, qui ab isto ius ad utilitatem suam nondarentur: tum uero in magistratu contra illud edictum suum sine ulla religione decernebat. itaque L. Piso multis codices impluit earum rerum, in quibus ita intercessit, quod iste aliter, atque ut edixerat, decreverit. quod uos oblitos esse non arbitror, quae multitudo, qui ordo ad Pisonis sellam isto praetore solitus sit conuenire. quem iste collegam nisi habuisset, lapidibus cooperitus esset in foro. sed eo leniores ieiues iniuriae uidebantur, quod erat in aequitate, prudentiaq. Pisonia paratiuum

paratissimum perfugium, quo sine labore, sine molestia, sine impensa, etiam sine patrono homines uterentur. nam, quae eo, redite in memoriam, iudices, quae libido illius in iure dicendo fuerit, quae uarietas decretorum, quae nundinatio, quam inanes domus eorum omnium, qui de iure civili consuli solent, quam plena, atque referta Chelidonis: a qua muliere cum erat ad eum uenit, & in aures eius infusuratum, alias reuocabat eos, inter quos iam decreuerat, decretumq. mutabat; alias inter alios contrarium sine ulla religione deernebat, ac proximis paullo ante decreuerat. hinc

illi homines erant, qui etiam ridiculi inueniebantur ex dolore, quorum alij, ut audistis, negabant mirandum esse, iustam nequam esse Verrinum: alij etiam frigidiores erant; sed, quia stomach balantur, ridiculi uidebantur esse, cum Sacerdotem execrabantur, qui Verrem tam nequam reuisset, quae ego non commorarem, (neque enim perspicere dicta, neque porro hac severitate digna sunt) nisi nos illud uellem recordari, istius nequitiam, & iniquitatem tum in ore vulgi, atque in communibus prouerbis esse uersata.

## EXPLANATIO

**L**EGB ageret in hereditatem, & bonorum possessionem a praetore peteret: aut, si non impetraret, L sponso facia litigaret, sic tamen, ut possessor prius ei fatis daret, nihil se deteriorem possessionem facturum, dum litigaretur. Sponcionem facere dicebatur, qui certam pecuniam deponebat, quam, si causula caderet, amitteret. Quod autem legitur, Pro praede, malim, Per praedes: ut legisse Pedianus etiam uidetur: quia, Praedes qui sint, interpretatur. Dixit igitur, Per praedes litis uindiciarum, idest, per eos, qui pro lite uindiciarum satisfiant. Lis autem uindiciarum, lis possessionis est. Si POSSESSOR, sponcionem non faciet. & si possessor est, non litigabit, quod sponcione fieri solebat. PRO QVA pecuniam accepereis, & contra Minuciam gentem: ut possideret is, qui occupauerat hereditatem, cum ad eum lege non ueniret. TRANSLATICVM est. & sumptum ex alijs edictis. ILLO editio, & de mulierum hereditatibus. QVI AEQVO iure uteremur: & docti homines, & ingeniosi, Uterentur. placet. CONTRA illud caeculum & inde lata lex a C. Cornelio tribuno pl. ut praetores ex edictis suis perpetuis ius dicentes. L. PISO & alter praetor, qui ius dicebat inter peregrinos. INTERCESSIT, & obstat, eius decreta rescidit. QUOD VOS oblitos esse non arbitror, & pro, Sed uos oblitos non arbitror. non enim est, Quod, pro, quam rem. Eiusdem generis est illud hb. II. Quod ego nisi meo aduentu illius conatus aliquantulum repressissem, tam multos huic euocare non potuissim. Et lib. IV. Quod ubi intellexi, multum apud illum recentes nuncios, multum tabulas non commendaticias, sed tributarias ualuisse, admonitu ipsorum Syracusanorum imperium in eas tabulas facio, in quibus singula praescripta erant, sic in ep. ad Terentiam: Quod utinam minus uitiae cupidi fuissimus. Et pro Coelio: Quod cum huius adolescentiam propuleritis; constituitote uobis ante oculos huius etiam miseri sententem. A QVA muliere & non ab ipsa, sed eius nomine ab ijs, quos illa mittebat. IUS TAM NEQUAM esse Verrinum & ius enim ex Verrina carne non probatur. Iocatur in ambiguo & iuris, & Verri nomine. Miror hoc, ut frigide dictum, a Tacito condemnatum: quasi uero, ut false dictum, a Cicerone referatur: cum subiiciat: Neque enim perspicere dicta. SACERDOTEM & cui Verres in Sicilia succederat, hic quoque iocus est in Sacerdoti, & Verri nomine, nam a Sacerdote mactari sus solebat.

## ORATIO

**I**N plebem uero Romanam utrum superbiam prius memor, an crudelitatem? sine dubio crudelitas gravior est, atque atrocior. oblitos ne igitur hos putatis esse, quemadmodum sit iste solitus uirgis plebem Romanam concidere? quam rem etiam tribunus pl. in concione egit, cum cum, quem uirgis iste caeciderat, in prospectum populi R. produxit. cuius rei cognoscenda faciam uobis suo tempore potestatem. Superbia uero qua fuerit, quis ignorat? quemadmodum is tenuissimum quemque contempserit, despexerit, liberum esse numquam duxerit. P. Trebonius uivos bonos, & honestos complures fecit heredes: in his fecit suum libertum. is A. Trebonium fratrem habuerat proscriptum. et cum cautum uellet, scriptis, ut heredes iurarent, se curaruros, ut ex sua cuiusque parte ne minus dimidium ad A. Trebonium fratrem illum proscriptum perueniret. libertus iurat: ceteri heredes adiunt ad Verrem: docent, non copertore se iurare facturos esse quod contra legem Corneliam esset, quae proscriptum iuuari uetat: impetrant, ut ne iucent, dat his possessionem. id ego non reprehendo. etenim erat iniuum, homini proscripto, egenti, de fraternis bonis quidquā dari: & ille libertus, nisi ex testamento patroni iurasset, scilicet se facturum arbitrabatur. itaque ei Verres possessionem hereditatis negat se daturum, ne posset patronū suum proscriptum iuuare: simul ut esset poena, quod alterius patroni testamento obtemperasset. Das possessionem ei, qui non iurauit, concedo: praetorium est. admis tu ei, qui iurauit: quo exemplo: proscriptum iuuat: lex est: poena est. quid ad eum, qui ius dicit? utrum reprobendas, quod patronū iuuabat eum, qui tum in miserijs erat: an, quod alterius patroni mortui voluntatem conservabat, a quo summum beneficium accepereat utrum horum reprehendis: & hoc tum de sella vir optimus dixit, equēti R. tam locupleti libertinus sit homo heres? o modestum ordinem, quod illinc uicus sin rexerit. Possum sexcenta decreta proferre, in quibus, ut ego pecuniam non dicam intercessisse, ipsa decretorum nouitas iniquitas q. declarat. uerum, ut ex uno de ceteris coniecturam facere possitis, id quod priore actione cognosis, audite.

EXP LA

## EXPLANATIO

**H**os populum, qui aderat. **VIRGIS** plebem Romanam concidere? contra ueteres leges. **C.** **V**erres rei, cuius in plebem Romanam crudelitatis. **S**vo tempore? cum de supplicijs agam. **C**ONTEMPSE RIT, despicerit, plus est despicere, quam contemnere. sic enim auget hic Cicero superbiam Verris, ut act. i. infamiam auget ordinis. senatorij: quo loco dixit: Contemnuntur, despiciuntur, graui, diuinaq. iam flagramus infamia. **L**IBERVM esse numquam duxerit. cum tenuissimis numquam egit, ut cum liberis hominibus agi solet: seruorum eos loco duxit. **I**ntra: Quo denique ore, quos numquam liberos putauit, libertinos solitus sit appellare. Hinc illud ad Att. Agamemnonem liberum non putauit. **B**ONOS? communi opinione. nam re uera non boni, qui iurare noluerint mortui uoluntate, lucrum officio anteponentis. **C**ORNELIAM? a Sulla latam, in eos, quos ipse uictor proscriptis. **E**TENIM erat iniquum,? ironia. nam aequum in primis erat. Et **I**LLI libertus,? ex comparatione libertini hominis sit maior eorum uituperatio, quos uiros bonos, & honestos appellauit. **P**ATRONVM suum proscriptum? cum de obus fratribus, P. & A. Trebonijs seruisset, ab utroque manumissus erat. **Q**VID ad eum, quius dicit? quod aequum est, id praetor debet decernere, non de Cornelia lege cogitare: que poenam irrogat non ei, qui ius dicit, sed ei, qui proscriptum iuuat. **S**UMMV M beneficium? libertatem, & hereditatem. **O** MODESTVM ordinem,? libertinorum.

## ORATIO

**C**. **S**VLPICIUS Olympius fuit. is mortuus est. **C**. Sacerdote praetore, nescio an ante, quam Verres praeturam petere coepit. fecit heredem **M**. Octauium Ligurem. Ligur hereditatem adiit, possedit Sacerdote praetore sine ulla controversia. postea quam Verres magistratum inist; ex editio*isti*, quod editum Sacerdos non habuerat, Sulpicij patroni filia sextam partem hereditatis ab Ligure petere coepit. Ligur non aderat. Lucius frater eius caussam agebat: aderant amici, propinquoi. dicebat iste, nisi cum muliere decideretur, in possessionem se ire iussirum. **L**. Gellius caussam Liguris defendebat: docebat, editum eius non oportere, ad eas hereditates ualere, quae ante eum praetorem uenissent: si hoc tum fuisset editum, fortasse Ligurem hereditatem adiitum non fuisse. aequa postulatio, summa hominum auctoritas preto superabatur. uenit Romam Ligur: non dubitabat, quin, si ipse Verrem conuenisset, aequitate caussae, & auctoritate sua commouere hominem posset: domum ad eum uenit: rem demonstrat: quam pridem sibi hereditas uenisset, docet: quod facile in caussa acquisita homini ingenioso fuit: multa, quae quicquid mouere possent, dixit: ad extremum petere coepit, ne usque eo suam auctoritatem despiceret, gratiamq. contemneret, ut se tanta iniuria afficeret. homo Ligurem accusare coepit, qui in re aduenticia, atque hereditaria tam diligens, tam attentus esset: debere eum aiebat suam quoque rationem ducere: multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet. non possum illa planius commemorare, quam ipsum Ligurem pro testimonio dicere auditis. quid enim, Verres? utrum ne his quidem testimoniis creditur, an haec ad rem non pertinent? non **M**. Octauio? non **L**. Liguri? quis nobis creder? cui nos? quid est, Verres, quod planum fieri testimoniis possit, si hoc non fit? an id, quod dicunt, leue est: nihil leius, quam praetorem urbanum hoc iuris in suo magistratu consiliu-

tuere, omnibus iis, quibus hereditas uenerit, coheredem praetorem esse oportere. An uero dubitamus, quo ore iste ceteros homines inferiore loco, autoritate, ordine, quo ore homines rusticanos ex municipijs, quo denique ore, quos numquam liberos putauit, libertinos homines solitus sit appellare, qui ob ius dicendum **M**. Octauium Ligurem, hominem ornatussum loco, ordine, nomine, uirtute, ingenio, copijs, poscere pecuniam non dubitari? In scitis teclis uero quemadmodum se secesserit, quid ego dicam? dixerunt, qui senserunt. sunt alii, qui dicant. notae res ac manifestae prolatae sunt, & proferuntur. dixit C. Fannius, eques R. frater geranus Q. Titini, iudicis tui, tibi se pecuniam dedisse. recita testimonium C. Fannii. nolite: C. Fannio dicenti credere, noli, inquam, tu Q. Titini C. Fanno, fratri tuo, credere. dicit enim rem incredibilem: C. Verrem insimulat avaritiae, & audacie: quae uitia uidentur in quemuis potius, quam in istum conuenire. dixit Q. Tadiu, homo familiarissimus patris istius, non alienus a matris eius genere, & nomine: tabulas protulit, quibus pecuniam se dedisse ostendit. Recita nomina Q. Tadii. recita testimonium Q. Tadii. ne tabulis quidem Q. Tadii, nec testimonio creditur. quid igitur in indiciis sequemur? quid est aliud, omnibus omnia peccata, & maleficia concedere, nisi hoc, hominum honestissimorum testimonij, & uirorum bonorum tabulis non credere? Nam, quid ego de quotidiano sermone, querimoniaq. populi R. loquar? de istius impudentissimo furto, seu potius nouo, ac singulari latrocini? ansam esse in aede Castoris, celeberrimo, clarissimoq. monumento, quod templum in oculis, quotidianoq. aspectu populi R. est positum, quo saepenumero senatus concrecatur, quo maximarum rerum frequentissimae quotidie aduocationes fiunt, in eo loco, in sermone hominum auctoriae sua monumentum aeternum relinquere.

EXPLA-

## EXPLANATIO

**C**SULPICIVS Olympius fuit. & sic locutus in Diuin. Agonis est quaedam Lilybaetana. & saepe in his libris. M. OCTAVIVM Ligurem. & senatorem. ut lib. II. QVOD edictum & quo editi caput in edicto suo Sacerdos non habuerat. PATRONI eius, qui Olympum liberauerat. IRÆ iussorum. & Sulpicij patroni filiam. L. GELLIVS qui biennio ante consul fuerat, & hoc anno censuram gesit. ADVENTICIA, & non exspectata, quae non ueniret a propinquuo. HEREDITARIA nullo labore parta. SVAM quoque rationem ducere: & de se quoque cogitare, cui multa opus essent. CANIBVS quos ali oporteret, quandoquidem eorum opera multis in rebus uteretur. Canes nocauit, quia circa se, ut canes circa dominum, essent assidue, & quia, tamquam canes, ubi praeda practoris esset, odorarentur. lib. III. Isto cohors quorum hominum est: Volusij haruspicis, & Cornelij medici, & horum canum, quos meum tribunal lambere uidetis. Et lib. I V. Mirandum in modum (canes uenaticos diceres) ubi quidquid esset, aliqua ratione inuenirent. Lib. V. Non enim Charybdin tam infestam, neque Scyllam nautis, quam istum in eodem fredo fuisse arbitror. hoc etiam iste infestior, quod multo se pluribus & maioriibus canibus succinxerat. L. LIGVRI & M. Octavij fratri. NIHIL leuis, & ironia. nihil enim est, quod minus ferri possit. Loco & dignitate. Act. I. Cogita, qui sis, quo loco sis. ORDINE, & quod senator. NOMINIS, & in ipso ordine clari nominis. POSCERE pecuniam cum dixit: Debere eum suam quoque rationem ducere: multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se habet. QY I senserunt: & quorum interfuit: a quibus Verres contra omnia iura pecuniam expressit. FRATER germanus Q. Titini, & quo modo? cum sint ex diuersa gente. adopratum necesse uidetur credere in Titiniam gentem, qui frater germanus C. Fabij fuerat. QVID est aliud, & sic in Catone: Quid est aliud, gygantum more bellare cum diis, nisi naturae repugnare? IN OCVLIS, & erat enim in foro templum Caistoris.

## ORATIO

**A**ED'EM Caistoris, indices, P. Iunius habuit tuendam, L. Sulla, Q. Metello cos. il mortuus est: reliquit pupillum parvum filium. cum L. Octavius, C. Aurelius cos. aedes sacras locauissent, neque potuissent omnia sarta tecta exigere, neque & practores, quibus erat negotium datum, C. Sacerdos, & M. Cae- sius: factum est S. C. quibus de sartis tectis cognitum, & indicatum non esset, uti C. Verres, P. Coelius prætores cognoscerent, & iudicarent. qua potestate iste permisit, ut ex C. Fannio, & ex Q. Tadio cognoscit, uerum tamen, cum esset omnibus in rebus aper- tissime impudentissimeq. prædatus, hoc uoluit clarissimum relinquare indicium latrociniorum suorum, de quo non audire aliquando, sed uidere quotidie possemus: quæsiuit, quis aedem Caistoris sartam tectam deberet tradere. Iunium ipsum mortuum esse sciebat: scire uolebat, ad quem illa res pertineret. audit pupillum esse filium. homo, qui semper ita palam diffitasset, pupilli, & pupillas certissimam prædam esse prætoribus, optatum negotium sibi insinuatum delatum esse dicebat. monumentum illa amplitudine, illo opere, quamis sartum tectum, integrumq. esset, tamen aliquid se inuentum, in quo moliri, prædariq. posset, arbitrabatur. L. Rabonio aedem Caistoris tradi oportebat. is casu pupilli Iunii tutor erat testamento patris. cum eo sine ullo intertrimento conuenerat iam, quemadmodum tradetur. iste ad se Rabonium uocat: quaerit, ecquid sit, quod a pupillo traditū non sit, quod exigi debeat. cum ille id, quod erat, diceret, facilem pupillo traditionem esse, signa, & dona comparere omnia, ipsum templum omni opere esse integrum: indignum illi uideri coepit, extanta aede, tantoq. opere se non opimum præda, præsertim a pupillo, discedere. uenit ipse in aedem Caistoris: considerat templum: uidet undique tectum,

pulcherrime laqueatum, præterea cetera noua, atque integra: uersari se: quaerit, quid agat. dicit ei quidam ex illis canibus, quos iste Liguri dixerat esse circa se multos: Tu, Verres, hic quod moliare, nibil habes: nisi forte uis ad perpendiculum columnas exigere. homo omnium rerum imperitus querit, quid sit, ad perpen- diculum. dicunt ei, fere nullam esse columnam, quae ad perpendiculum esse possit. iam mehercule, inquit; sic agamus: columnæ ad perpendiculum exigantur. Rabonius, qui legem nosset, qua in lege numerus tan- tum columnarum traditur, perpendiculi mentio sic nulla; & qui non putaret sibi expedire, ita accipere, eodem modo reddendum esset; negat, id sibi deberi; negat, oportere exigit. iste Rabonium quiescere inbet: & simul ei non nullam spem societatis ostendit. hominem modestum, & minime pertinacem facile coeret: columnas ita se exacturum esse confirmat. noua res, atque improposita, pupilli calamitas nunciatur flatim C. Mustio, uitrico pupilli, qui nuper est mortuus, M. Iu- nio patruo, P. Potito, tutori, homini frugalissimo. hi rem ad uirum primarium, summo officio, ac uirtute pree ditum, M. Marcellum, qui erat pupilli tutor, defe- runt. uenit ad Verrem M. Marcellus: petit ab eo pro sua fide, ac diligētia pluribus uerbis, ne per summā iniuriam pupillum Iunium fortunis patrijs conetur euertere. iste, qui iam spe, & opinione prædam illam deuorasset, neque illa aequitate orationis, neque auctoritate M. Marcelli commotus est: itaque, quemadmodum ostendisset, se id exacturum esse respondit. cum sibi omnes ad istum allegationes difficiles, omnes aditus arduos, ac potius interclusos uiderent; apud quem non ius, non aequitas, non misericordia, non propinquia ora- tio, non amici uoluntas, non cuiusquam auctoritas pro pretio, non gratia ualeret: statuant id sibi optimum es- se factu,

se factus, quod cuius uenisset in mentem, petere auxilium a Chelidone: quae isto practore non modo in iure ciuili, priuatorumq. omnium controversijs populo R. praefuit, uerum etiam in his sartis teles dominata est. uenit ad Chelidonem C. Mustius, eques R. publicanus, homo cum primis honestus: uenit M. Iunius, patruus pueri, frugalissimus homo, & castissimus: uenit homo summo honore, pudore, & summo officio, spectatissimus ordinis sui, P. Potius tutor. O multis acerbâ, o miseram, atque indignam praeturam tuam. ut mittam cetera, quo tandem pudore tales uiros, quo dolore meretricio domum uenisse arbitramini? qui nulla condicione istam turpitudinem subfissent, nisi offici, necessitudinisq. ratio coegeret. Veniunt, ut dico, ad Chelidonenem. domus erat plena: noua iura, noua decreta, noua iudicia petebantur: Mibi det possessionem, mibi ne adimat: in me iudicium ne det: mibi bona addicat. alij numeros numerabant: alij tabulas obsignabant, domus erat non meretricio conuentu, sed praetoria turba referta. Simul ac potestas primum data est, adeunt hi, quos dixi: loquitur Mustius: rem demonstrat: petit auxilium: pecuniam policetur. respondet illa, ut meretrice, non inhumane: libenter ait se esse facturam, & se cum isto diligenter sermocinaturam: reuertii iubet. tum discedunt. postridie reuertuntur: negat illa posse hominem exorari; permagnam, eum dicere, ex illa re pecuniam confici posse. Vereor, ne quis forte de populo, qui priore actione non affuit, haec, quia propter insignem turpitudinem sunt incredibilia, singi a me arbitretur. ea nos antea, iudices, cognovissemus. dixit iuratus P. Potius, tutor pupilli Iuny: dixit M. Iunius, tutor, & patruus. Mustius dixisset, si uiueret: sed pro Mustio, recenti re, de Mustio auditum dixit L. Domitius: qui cum sciret me ex Mustio iuuo audisse, quod eo sum ius plurimum; (etenim id iudicium, quod prope omnium fortunarum suarum C. Mustius habuit, me uno defendente uicit) cum hoc ut dico, sciret L. Domitius me scire, ad eum res omnes Mustium solitum esse deferre; tamen de Chelidone reticuit, quoad potuit; alio responditionem suam deriuauit. tantus in adolescentie clarissimo, ac principe iuuentutis pudor fuit, ut aliquandiu, cum a me premeretur, omnia responderet, quam Chelidone nominaret. primo necessarios istius ad eum allegatos esse dicebat: deinde aliquando coactus Chelidonem nominauit. Non te pudet, Verres, eius mulieris arbitratu gessisse practuram, quam L. Domitius ab se nominari uix sibi honestum esse arbitrabatur? Reiecti a Chelidone, capiunt consilium necessarium, ut suspiciante ipsi negotium. cum Rabonio tutore, quod erat uix HS quadraginta millium, transfigunt HS ducentis millibus. referunt ad istum rem Rabonius; ut sibi uidebatur, satis grandem pecuniam, & satis impudentem esse. iste, qui aliquanto plus cogitasset, male accipit uerbis Rabonium, negat eum sibi illa decisione satisfacere posse. ne multa, locaturum se esse confirmat. Tutores haec nesciunt: quod actum erat cum Rabonio, putant id esse certissimum, nullam maiorem pupillo metuent calamitatē. Iste uero non procrastinat: locare incipit, non prescripta, atque edicta die, alienissimo tempore, ludiis ipsis Romanis. foro ornato. itaque renunciat Rabonius illam decisionem tutoribus: accurrunt tamen ad tempus tutores: digitum tollit Iunius patruus. isti color immutatus est; uultus, ora-

tio, mens denique excidit. quid ageret, coepit cogitare: si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam praedam esse. itaque excoxit: quid & nihil ingeniose, nihil quod quisquam possit dicere improbe, uel callide: nihil ab isto teatum, nihil ueteratorum exstet aueritus: omnia apta, omnia perspicua reperientur, impudentia, amertia, audacia. Si pupillo opus redimitur, mibi praeda de manibus eripitur. quod est igitur remedium? quod ne licet pupillo redimere. Ibi illa consuetudo in bonis, praedibus, praedijsq. uendundis, omnium consulum, censorum, praetorum, quaestorum denique: ut optima condicione sit is, cuia res sit, cuum periculum: excludit eum solum, cui prope dicam soli potestatem faciat esse oportebat. quid enim quisquam ad meam pecuniam me inuito adspicit? quid accedit? locatur opus id, quod ex mea pecunia reficiatur. ego me refectorum esse dico. probatio futura est tua, qui locas: praedibus, & praedijs populo cautum est. & si non putas caustum, scilicet tu praetor in mea bona, quod uoles, immittes: me ad meas fortunas defendendas accedere non sis? operaeprium est ipsam legem cognoscere. dicitis & uendem conscripsisse, qui illud edictum de hereditate.

Ex. OPERE. FACIVNDO. QV AE. PV. PILLI. IVNII. dic, dic, queso, clariss: C. VERRES. PR AE T. VRB. ADD IDIT. corriguntur leges censorie. quod enim video in multis ueteribus legibus, Cn. Domitius, L. Asetellus, L. Cossius, Cn. Seruilius censores addiderunt, uult aliqad eiusmodi C. Verres. dic, quid addidit. QVI. DE L. MARCIO. M. PERPERNA. CENSORIBVS. REDEMERT. EVM. SOCIVM NE. ADMITTITO. NE. VEEI. PARTEM DATO. NE. VE. EI. REDIMITO. Quid ita: ne uitiosum opus fieret? at erat probatio tua. ne parum locuples esset? at erat, & esset amplius, si uelles, populo caustum praedibus, & praedijs. hic te si res ipsa, si indignitas iniuriae tuae non commonebat; si pupilli calmitas, propinquorum lacrymae, P. Bruti, cuius prædia subierant periculum, M. Marcelli tutores anterioris apud te ponderis nihil habebat: ne illud quidem animaduerterebas, eiusmodi fore loc peccatum tuum, quod tu neque negare posse, (in tabulas enim retulisti) nec cum defensione aliqua confiteri: Addicatur id opus H-S DLX millibus; cū tutores HS LXXX millibus id opus ad istius, hominis iniquissimi, arbitrium se effecturos esse clamarent. ctenum, quid erat operis? id, quod nos uidistis. omnes illae columnæ, quas dealbatis uidetis, machina apposita, nulla impensa deiecit, eisdemq. lapidibus repositæ sunt. hoc tu H-S DLX millibus locauisti. atqui in illis columnis dico esse quae a tuo redemptore commotae non sint: dico esse ex qua tantum teclorum uetus delitum sit, & nouum inductum. quod si tanta pecunia columnas dealbari putarem, certe numquam aedilitatem petuissem. At ut uideatur tamen res agi, & non eripi pupillo: S I. QVID. OPERIS. CAVSA. RESCIDERIS. REFICIO. Quid erat, quod rescindcret, cum suo quemque loco lapidem reponeres?

QVI. REDEMERT. SATISDET. DAMNI. INFECTI. EI. QVI. A. VETE. RE. REDEMPTE. ACCEPERIT. Deridet, cum sibi ipsum iubet satisfare Rabonium. P. GVNIA.

**CVNIA. PRAESENS. SOLVATVR.** Qui  
bus de bonis : cuius , qui , quod tu H-S **D L X** millibus  
locasti , H-S **L X X X** . millibus effectum esse cla-  
mavit . quibus de bonis : pupilli . cuius aetatem , &  
solitudinem , etiam si tutores non essent , defendere prae-  
tor debuit : tutoribus defendantibus , non modo patrias  
cuius fortunas , sed etiam bona tutorum ademisti . **H O C**  
**O P V S. B O N O. S V O. Q V O Q V E. F A C I-**  
**T O.** lapis aliquis credendus , & apportandus fuit  
machina sua ? an , illo non saxum , non materies ad-  
uetla est : tantum operis sed in ista locatione sicut , quan-  
tum paucae operae fabrorum mercedis tiderunt , & manu-  
pretij machinae : utrum existimatis , minus operis esse , una  
columnam efficere ab integro nouam , nullo lapide redi-  
uiuo , an quattuor illas reponere ? nemo dubitat , quin  
multo maius sit nouam facere . ostendam , in aedibus  
privatis ; longa difficultas . uectura , columnas singulas  
ad impluvium H-S **X L** millibus non minus magnas  
locatas . Sed ineptum est de tam perspicua istius impu-  
dencia pluribus uerbis disputare , praesertim cum iste  
aperte tuta lege omnium sermonem , atque existimatio-  
nem contempserit , qui etiam ad extrellum conscripse-  
rit . **R E D I V I V A. S I B I. H A B E T O.** quasi  
quidquam rediuiui ex opere illo tolleretur , ac non to-  
tum opus ex rediuiuis constitueretur . At enim pupillo  
redimi non licebat ; non necesse erat rem ad ipsum per-  
venire ; poterat aliqua ad id negotium de populo acce-  
dere . Omnes exclusi sunt non minus aperte , quam pu-  
pills . diem praestitutu operi facundo Kal. Dec. locat

circiter idus Sept. angustijs temporis excluduntur o-  
mnes . Quid ergo ? Rabonius istam diem quo modo af-  
sequitur ? nemo Rabonio molestus est , neque Kal. Dec.  
neque nonis , neque idibus . denique aliquanto in pro-  
uinciam iste proficiscitur prius , quam opus effectum  
est . postea quam reus factus est , primo negabat opus  
in acceptum referre posse . cum instaret Rabonius , in  
me caussam conferebat , quod tum codicem obsignassem.  
petit a me Rabonius , & amicos allegat : facile impe-  
trat . iste ; quid ageret , nesciebat . si in acceptum non  
retulisset , putabat se aliquid defensionis habituruim :  
Rabonium porro intelligebat rem totam esse patefactu-  
rum . tametsi quid poterat esse apertius , quam nunc  
est , ut uno minus teste haberet Rabonio ? opus in ac-  
ceptum retulit quadriennio post , quam diem operi dixer-  
at . bac conditione , si quis de populo redemptor ac-  
cessisset , cum die ceteros redemptores exclusisset , tum  
in eius arbitrium ac potestatem uenire nolebat , qui si bi  
eruptam praedam arbitraretur . nam quid argumenta-  
mur , quo ista pecunia peruenirerit ? fecit iste iudicium .  
primum cum uehementius cum eo 'D. Brutus contem-  
deret , qui de sua pecunia H-S **D L X** millia numerar-  
uit ; quod iam iste ferre non poterat , opere addicto ,  
praedibus accepis , de H-S **D L X** millibus remisit  
D. Bruto H-S **c x** millia . hoc , si aliena res esset ,  
certe facere non potuisset . deinde nummi numerati sunt  
Cornificio : quem scribam suum fuisse , negare non po-  
test . postremo ipsius Rabonij tabulae praedam illam  
istius fuisse clamant . Recita nomina Rabonij .

## E X P L A N A T I O

**L**OCAVISSENT , & tuendas , ac reficiendas , ut deinde , quibus essent locatae , ab ijs sartae tectae exi-  
gerentur . **V E R U M T A M E N , & uerumtamen dicam :** quamquam ex Fannio , & Tadio cognoui-  
stis . sic locutus est lib. II . Africani est hoc , homini liberalissimi , uerumtamen : Ea liberalitas est pro-  
banda , &c . **H o m o , qui semper ita palam dictasset , &** sic supra : Homo , ut haec audiuit . Et Homo ,  
qui semper hospitalissimus , amicissimusq. nostrorum hominum existimatuerit . Et Homo , qui & sum-  
ma grauitate , & iam id actatis esset . **S I N E V I L O intertrimento** & sine ullo alterutius partis damno .  
**N A M m e b e r c u l e , & sic ex antiquo libro , non , iam hercule . idq. probat consuetudo Latini sermonis .**  
sic enim hic . Nam , vim habet affirmandi , non rationis reddendae , ut lib. II . Nam hercule , inquit  
Minucius , me quoque Petilius , ut sibi in consilio adesse , rogauit . Et lib. III . Nam speraueram ,  
inquit arator , me ad denarios peruenturum . Terentius in Ad .

Leno sum , fateor , pernices communis adolescentium ,  
Periurus , pestis : tamen tibi a me nulla est orta iniuria .

**A E.** Nam hercule etiam id restat .

**L**EGEM & de sartis tectis , legem autem , idest pactionem censoriam . Lib. IIII . Eundemq. te memini  
censorias quoque leges in sartis tectis exigendis tollere , commutare . lib. V . Qui agros publicos arant ,  
certum est , quod ex lege censoria dare debeant . Hic autem infra lex appellatur , quam in locanda Ca-  
storis aede Verres praetor conscripsit . **M O D E S T U M , & minime pertinacem** & Rabonium carpit ut au-  
rum , & qui lucri cupiditate uitius ab officio desciuerit . **M. M A R C E L L U M** , & iudicem in oratione pro-  
Quinctio , C. Marcelli Aescernini , qui lib. IV . nominatur : ut in Bruto . **P r o sua fide** , & quia pupil-  
li tutor erat . **E X A C T U R V M effe** & ad perpendicularum . **A L L E G A T I O N E S** & amicorum , aut homi-  
num auctoritate praestantium . supra : Quibus allegationibus illam sibi legationem expugnauit & infra :  
Primo necessarios istius ad eum allegatos esse dicebat . **M. I V N I V S** , patruus pueri , frugalissimus homo , &  
de plebe : ut infra : P. Iunij erat , hominis de plebe Romana , filius . Frugalitas autem plebeiorum ho-  
minum propria laus : tametsi ad equestrem quoque ordinem transfertur . nam de Pottio quod sequitur ,  
Homo summo honore , spectatissimus ordinis sui : certe dictum uidetur de equite Romano potius , quam  
de homine , qui de plebe esset : quem tamen paucis ante iersibus frugalissimum hominem vocauit . **P R A E-**  
**E V I T** & tamquam praetor urbanus . Usus est eo uerbo , unde praetor dictus est . **C A S T I S S I M V S** : &  
integerrimus . **L. D O M I T I V S** : Ahenobarbus : qui postea consul fuit cum Ap. Pulchro . **P R I N C I-**  
**P I I U N E N T U S** & laus , quae tribui solet adolescentibus . sic M. Brutum principem iuuentutis appellat in

T ep. ad

ep. ad Appium. Ad eum § ad ipsum Verrem, qui agereat cum eo de re transigenda. ALLEGATOR  
eſſe dicebat: § quod falso erat: sed ita pudebat cum magistrum nominare, ut mentiri malle. Quid  
erat uix H-S x l millium, § hoc puto dici: totam impenſam, in aedem Castoris a redemptore factam,  
uix H-S x l millium fuſſe, id est ſcutatorum M.C. H-S cc millibus. § ſcutatorum ſex millibus.  
LOCATVRVM § alicui, qui redimeret aedem illam tuendam multo maiore pecunia, non modo quam  
H-S x l millium, ſed etiam, quam ducentorum millium: ut impenſam deinde illam pupillus, qui  
aedem tradere ſartam teſtam debebat, ſolueret cogeretur. Locauit autem, ut infra patet, H-S dlx  
millibus. RENUNCIA T § quod ipſe cum tutoribus tranſegerat, id praetorii non placere, iſpis tutori-  
bus significat: ideoq. decisionem renunciat, id est reſuſat, infectam eſſe uult. act. i. Renunciata eſto-  
ta conduſio. DIGITVM tollit § ſublato digito, ut moſ erat. redimere ſe pupilli nomine significat.  
Si RES abiret ab eo mancipe, § niſi redemitteris, quem ipſe apposuerat. Lib. III. Et ei potestatem  
emendi non eſſe factam, ne res abiret ab Apronio. APPROVISSET, § uerbum callide agentis: ut ſupra:  
Calumniatores ex ſinu ſuo appofuit, qui illam hereditatem Veneri Eryciniae commiſſam eſſe dicerent.  
Infra: Apponit, qui peccat Veneri Eryciniae illam hereditatem. Et lib. V. Apponitur hiſ tamen accu-  
tor. In ep. ad Marium: Licitatorem potius apponam, quam illud minoris ueneat. IN BONIS, prae-  
dibus, praedijsq. uendundis, § hic ego nec Alſonij ſententiam probare, nec rurſus ijs aſſentiri poſſam,  
qui, Bonis uendundis, operibus locandis accipiunt, nam bona pro operibus, uendere pro locare, ut  
accipi debeat, ratio nulla perſuadet: nec uero, quaeſequuntur, ad eam ſignificationem detorqueri poſ-  
ſunt: nec illud, Cuiā res ſit, ad redemptorem pertinet. cur enim, ubi opus aliquod publicum locatur,  
optima condicione ſit is, qui redimit? cum is, qui locat, id tantum ſpectet, ut quamminimo loget, id-  
eft, ut quamminima pecunia poſſit, in operis refectionem de publico erogetur. quo ſi maiorem impen-  
ſam redemptor fecerit, de ſuo fecit. Eam igitur hic eſſe mentem Ciceronis dicam, quam communis &  
uifitata uerborum ſignificatio oſtendit. Si cuius, inquit, bona uenduntur, id est praedes, aut prædia,  
pro eo, quod publice debeat: ſolet is in recuperatione ſuorum bonorum optima condicione eſſe: ut ne-  
mo minoris emat, quam ipſe, qui ſuo periculo redemit, & cuius res eſt. Praedes autem, id est manci-  
pia, aut aliiquid, quod moueri loco poſſet, ita uendebantur ut prædia. itaque Phil. II. timerē dicitur  
Antonius, ne L. Plancus praedes ſuos uenderet. Non enim homines liberi uendebantur. Praedes  
igitur, & prædia bona ſunt, quae & ſatisfactionibus obligantur, &, niſi promiſſum præſtetur, a credi-  
toro uenduntur. CONSVLVM, cenzorum, praetorum, quaeftorum § nominat eos magistratus, qui lo-  
care publica opera, & redemptorum bona, niſi ſarta teſta opera reddidiffent, uendere ſolebant. qua  
comparatione demonstrat, quam inique pupillos redemptione excludatur. CVIA RES ſit, § cuius  
res agitur, cuius bona uenduntur. CVIUM periculum: § in redimendo aequum eſt enim, cuius pericu-  
lum fuit, maiorum eius, quam cuiusquam praeterea, rationem haberi. EV M ſolum, § pupillum  
redemptione ſolum excludit. AD MEAM pecuniam § ex persona pupilli. nam, niſi redemptor aliis,  
id est manceps a Verre appofitus, aedem Castoris ſartam teſtam tradiderit, tantum ſolueret cogeretur, quan-  
ti locatio fuerit. ſoluet autem a pupillo, qui opus abſolutum non reddidit. IN MEA bona, quos no-  
les, immittis: § cum enim locas, cui tu uis: ad meam pecuniam adſpiras, & in mea bona, quem tu uis,  
immittis. nam ſi quid operi deſerit, ex mea pecunia reficiendum eſt. ACCEDERE non finis: § nam,  
ſi me redemptione excludis, defendi a me fortunas meas non finis: defendere enim, ſi ipſe redime-  
rem. DE HEREDITATE § mulierum. nam duo conſcriperat edicta, unum de hereditatibus mulie-  
rum contra P. Annij filiam, alterum de hereditatum poſſeſſionibus contra gentem Minuciam. ADDI-  
DIT. § ad eam legem, qua locata fuerat P. Iunio aedes Castoris. CN. DOMITIVS, L. Metellus, §  
censores anno urbis D C X X X I I X. DE L. MARCIO, M. Perperna censoribus § haec ſcribebat  
Verres contra pupillum Iunium: ne ſcilicet ad redemptionis ſocietatem admitteretur, ne pars ei dare-  
tur, ne ei opus ab alio redimeretur. Pupillum non nominabat, ne correxiſſe legem eius cauſa uidetur:  
ſed generatim excludebat redemptionis ſocietate, & redemptione ipſa, quicunq. poſt L. Marcium,  
& M. Perpernam redemitteret. Accipio enim, De, pro, Poſt. nam ſi, De censoribus, accipias, pro, A cen-  
ſoribus aduersabitur historia, dictum enim ſupra, P. Iunium aedē Castoris a Sulla & Metello coſ. non a  
Marcio, Philippo censoribus, qui ante aliquot annos fuerant, tuendam accepiffe. H-S l x x x millibus. § duplo eius impenſae, quam ſupra dixit in opere reſiſtendo requiri. DELITVM § pro, deleterum:  
ut alibi. SATISDET damni infeſti § ſatisfactione caueat, nihil damni in opere futurum, nulla re dete-  
rius opus fore, quam ut acceperit. QVI a ueteri redemptore acceperit. § uetus redemptor quis eſt:  
pupillus. quis, ab eo qui acceperit: Rabonius: de quo diſtum eſt ſupra: L. Rabonio aedē Castoris  
tradi oportebat. ergo tres personae uidentur eſſe, cum tamen due sint, uetus redemptor pupillus, Ra-  
bonius, qui ab eo accipere, nouoq. redemptori tradere aedem Castoris debebat, nouus redemptor,  
manceps uidelicet ille ab ipſo Verre appofitus: quem Rabonium fuſſe, ſatis plane Cicero demonſtrat,  
ſubijcens: Deridet; cum ſibi ipſum iubet ſatisfare Rabonium. Et paulo poſt: Rabonius itam diem  
quo modo aſſequitur: Ergo, Qui redemerit, Rabonius eſt: Qui a ueteri redemptore acceperit, idem  
Rabonius. CLAMAVIT. § plus eſt, quam, dixit: ut contendiffe pupilli tutores, pro fide, officioq.  
ſuo, conſlatet. Supra quoque: Cum tutores H-S l x x x millibus id opus ad iſtius, hominis ne-  
quifſimi, arbitrium effecturos eſſe clamarent. BONO ſVO quoque § bona quaue re, quae ad opus  
attineat. MACHINA ſua: § magis placet sine interrogatione, ut cum ironia pronuntiatum, hoc  
modo: Lapis uidelicet aliquis caedendus, & apportandus fuſit machina ſua: an uero contra nequeſa-

sum; neque materies illo aduecta est, sed tantum operis in ista tua locatione fuit, quanta merces fabrorum pro paucis opefis: quae cum fuerit exigua, multum operis esse non potuit. merces enim operi responderet. Et MANVPRETII machine. § subaudi, quantum: ut sit: & quantum manupretij machine tulerunt. COLVMNAS singulas § probat quod proposuit, multo maius esse, unam columnam ab integro nouam facere, quam quattuor reponere. Et tamen, inquit, ostendam, singulas columnas, non minores quam illas quatuor a tuo mancipe repositas, longa, difficultq. uectura, locatas esse tandem HS x L millibus. at tu opus illud, in quo quattuor repositae sunt, locati H-S D L x millibus. TOTA lege § tota correctione legis. supra: Corriguntur leges censoriae. REM ad ipsam peruenire: § locationis utilitatem ad Verrem peruenire: cur? quia poterat aliquis de populo ad redimendum opus accedere. Haec ad Verris defensionem dicta singuntur: quae refellit sequentibus uerbis, Omnes exclusi sunt. FACIENDO § absoluendo. RABONIVS § manceps a Verre appositus. QVO MODO assequitur? § quo modo opus absoluit ante Kal. Dec.? quod assequi ceteris non licebat. IN ACCEPTVM reffere posse. § negauit se posse nomen illud, & pecuniam a Rabonio pro opere acceptam, in suas tabulas referre: ne suum furtum patefaceret. RABONIVS, § qui sibi cautum neller de pecunia a pupillo accepta, Verriq. numerata. AT IQVID defensionum § parum, sed aliquid tamen, in negando scilicet. QUADRIENNIO post, § cum reus esset. nam integrum quadriennium fuerat in Sicilia. HAC condicione § ut Kalendis Dec. opus absolutum redderetur. CVM DIE ceteros exclusisset, § praeter Rabonium, qui sibi neminem illo die fore molestum sciebat, duabus cauiss excluduntur omnes, una, temporis angustijs, altera, quod in Verris arbitrium ac potestatem, qui, si quis de populo redemisset, erexit sibi praedam arbitraretur, uenire quisquam de populo nollebat. D. BRVTVS § cuius praedijs cautum erat populo. CONTENDERET, § de summa minuenda. DE SVA pecunia H-S D X L milia numerantur; § mendosus numerus. nam, si locatum opus est HS D L x millibus, ut supra constat, remittuntur autem Bruto HS c x millia: relinquuntur, quae Verri Bruto numeret, HS c D L millia. nec dubitate licet, quin ita sit legendum: aut pro, D L x millia, quibus locatum est opus, reponendum, D C V L. ita quadrabunt omnia. FERRE non poterat § interpretationem ab ipso Cicerone sumemus. dicit enim in re simili lib. II. Inuidiam se sustinere non posse tantam arbitrabatur. Propterea D. Bruto, nem sermonibus dissiparet, H-S c x millia remisit: cum opus tamen iam locasset Rabonio H-S D L x millibus, & a pupillo praedes accepisset. SCRIBAM suum § scribae, postremi ordinis, idest de plebe homines erant. inde ad equestrem ordinem, si a censoribus legerentur, aut in prouincia ab imperatore suo, tamquam bene de rep. meriti, anulo aureo donarentur, adscendebant. id ex ijs uerbis, quae sunt in Cluentiana, licet coniiscere: Persuasi, ut scribam iurati legerent eum, quem ijdem isti censores aerarium reliquissent. Nam inter aerarios nec senatores, nec equites Romani, sed homines de plebe referebantur: ut Asconius, alijq. docent.

## ORATIO

HIC etiam priore actione Q. Hortensius pupillum Junium uenisse praetextatum in uestrum conceptum, & testes secum, patruo testimonium dicente, quiescit est: & me populariter agere, atque inuidiam commouere, quod puerum producerem, clamitauit. Quid erat, Hortensi, tandem in illo pueru populare? quid inuidiosum? Gracchi, credo, aut Saturnini, aut aliquis hominis eiusmodi produxeram filium, ut nomine ipso, & memoria patris animos imperitae multitudinis concitarem. P. Iunij erat, hominis de plebe Romana, filius: quem pater moriens tum tutoribus, & propinquis, tum legibus, tum aequitati magistratum, tum indicij uestris commendandum putauit. hic ihs scelerata locatione, nefarioq. latrocino, bovis patrijs fortunisq. omnibus spoliatus, uenit in iudicium, si nihil aliud, saltem ut eum, cuius opera ipse multos annos est in foribus, paulo tamen obsoleitus uestitum uideret. itaque tibi, Hortensi, non illius aetas, sed causa, non uestitus, sed fortuna popularis uidebatur. neque te tam commouebat, quod ille cum toga praetexta, quam quod sine bulla uenerat: uestitus enim neminem commouebat is, quem illi mos, & ius ingenuitatis dabant: quod ornamentum pueritiae patet dederat, indicium, atque insigne fortunae, hoc ab illo praedone eruptum esse, grauiter & acerce homines cerebant. neque erant haec lacrymae populares

magis, quam nostrae, quam tuae, Q. Hortensi, quam horum, qui sententiam latuvi sunt. ideo quod communis praefidio talis improbitas, tamquam aliquod incendium, restinguenda est. habemus enim liberos paruos: incertum est, quam longa nostrum cuiusque uita futura sit: considerare uiri ac prospicere debemus. ut illorum solitudo, & pueritia quam firmissimo praefidio munita sit. quis est enim, qui tueri possit liberum nostrorum pueritiam contra improbitatem magistratum? mater, credo. scilicet in igno praefidio fuit Anniae pupillae mater, femina primaria: minus, illa deos hominesq. implorante, iste infanti pupillae fortunas patrias admetit. tutores ne defendenter? perfacile uero apud istiusmodi praetorem, a quo M. Marcelli tutoris in causa pupilli Junij & oratio, & uoluntas, & auctoritas repudiata est. Quareremus etiam, quid iste in ultima Phrygia, quid in extremis Pamphyliae partibus fecerit: qualis in bello praedonum praedo ipse fuerit; qui in foro populi R. pirata nefarius reperiatur? Dubitanus, quid iste in hostium praeda molitus sit. qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubijs fecerit, qui maiore pecunia quattuor columnas dealbinandas, quam ille omnes aedificandas, locauerit? Experitemus, quid dicant ex Sicilia testes? quis in quam templam illud adspexit, quin aurariae tue, quin iniuriaie, quin audaciae testis esset? quis a signo Virtutis

mni in Circum maximum uenit, quin is in unoquoque gradu de auaritia tua commoneretur? quam tu uiam tensarum, atque pompa eiusmodi exegisti, ut tu ipse illa ire non audeas. Te putet quisquam, cum ab Ita-

lia fratre disiunctus es, socijs temperasse, qui adem Castoris testem furtorum tuorum esse uolueris, quam populus R. quotidie, iudices etiam tum, cum de testentiam ferrent, uiderent?

## EXPLANATIO

**O**BSOLETIVS; quam ipse est, qui multos annos est in sordibus. VESTITVM; reorum more. POPVLARIS; apta ad commouendam populi misericordiam. QVAM quod sine bulla uenerat; id tibi molestum erat ob eam causam, quia iudices, & populum, perspecta pueri inopia, contra Verrem incendi putabas. Bullam auream, dixi iam, a pueris ingenuis ante pectus ornamenti gratia geri solitam. HAE lacrymae; pupilli. MAGISTRATVVM; Veres indicatur. IN ULTIMA Thrygia, & eius prouinciae parte, in qua legatus Dolabellae fuerat Veres. BELLO praedonum; quod in Sicilia gessit. MANVBIAS sibi tantas; praedam sibi tantam. DVBITAMVS, quid iste in hostium praeda molitus sit, & figura indignationis, qualis illa, quae proxime antecedit: Quaremus etiam, quid iste in ultima Phrygia, quid in extremis Pamphyliae partibus fecerit; qualis in bello praedonum praede ipse fuerit; qui in foro populi Romani pirata nefarius reperitur? Et ea, quae sequitur paullo post: Te putet quisquam, cum ab Italia fratre disiunctus es, socijs temperasse, qui adem Castoris testem furtorum tuorum esse uolueris. Hostium: piratarum nauis capta. Ex L. Metelli manubij; ex aede Castroris; quam L. Metellus Delmaticus, Macedonici filius, de manubij refecit. QVIS a signo Vermanni; diuersum ab aede Castroris crimen. nam Veres ex ipsis tensarum orbitis, quae sacra pompam signo Vertumni ad Circum Maximum ludorum diebus ferebant, praedarus est. id adducor ut credam ex ijs uerbis lib. II I. Qui religiones deorum immortalium retinere vult, ei, qui fana spoliari omnia, qui ex tensarum orbitis praedari sit ausus, inimicus non esse qui potest? Quamquam non dubio, quin, Ex ipsis tensarum orbitis, nihil aliud significet, quam, ex ea via, qua tensarum orbitae pompam ferunt a signo Vertumni ad circum Maximum, ubi ludi fiunt, Circenses a loco dicti. sequitur enim: Quam tu uiam tensarum atque pompa eiusmodi exegisti, ut tu ipse illa ire non audeas. Planius etiam hoc fit in peroratione, in qua sunt haec: Omnesq. dij, qui uehiculis tensarum sollemnes coetus ludorum initis, quorum iter iste ad suum quaestum, non dignitate faciendum, exigendumq. curauit. EIVSMODI exegisti, & sic exegisti a uicinis, qui eam tuo iussu munierant, ut tu ipse, auctor operis, per eam transire non audeas: ne uicinis de te loquendi locum des, recordantibus, quos tu quaestus feceris in ea via ab ipsis exigenda, quae pro religionum dignitate munita uidebatur. In oratione pro Fonteio similiter obiectum esse constat, quaestum ab eo factum esse ex munitione uiarum. Animaduertendum, Eiusmodi, aduerbialiter esse positum profic: quod & Asconium sensisse video. & in ea pro Coelio perspicuum exstat huius generis exemplum. Est, inquit, eiusmodi cupidus, ut magis insectari alterius innocentiam, quam de se timide cogitare, uideatur.

## ORATIO

**A**TQVE etiam iudicium in praetura publicum exercuit. non enim praeter eundem est ne id quidem. petita multa est apud istum praetorem a Q. Opimio: qui aduentus est in iudicium, uerbo, quod, cum esset tribunus pl. intercessisset contra legem Corneliam; re, quod in tribunatu dixisset contra alicuius hominis nobilis uoluntatem de quo iudicio si uelim dicere omnia, multi appellandi, laedendiq. sunt: quod mibi non est necesse. tantum dicam, paucos homines, ut levissime dicam, arrogantes hoc adiutore Q. Opimum per ludum & iocum fortunis omnibus cueruisse. is mibi etiam queritur, quod a nobis ex solis diebus prima actio sui iudicij transacta sit; cum apud ipsum tribus horis

Q. Opimus senator populi R. bona, fortunas, ornamenta omnia amiserit. cuius propter indigitationem iudicij, saepissime est actum in senatu, ut genus hoc totum multarum, ac iudiciorum eiusmodi tollerentur. Jam uero in bonis Q. Opimij uendendis quas iste praedas, quam aperte, quam improbe fecerit, longum est dicere. hoc dico: nisi uobis id hominum honestissimorum tabulis planum fecero, fingi a me hoc totum temporis causa putatote. Jam, qui ex calamitate senatoris populi R. cum praetor iudicio eius praefuerit, sphaerodium suam referre, & manubias detrahere conatus sit; is ullam ab se se calamitatem poterit deprecari.

## EXPLANATIO

**A**TQVE etiam; rei nouitatem haec duo uerba initio sententiae significant. publica enim iudicia ad praetorem urbanum non attinebant: sed eius erat in priuatis causis iurisdiction. itaque iudicium illud extra ordinem Verres, iussu senatus, ut opinor, exercuit. VERBO, & alia igitur causa fuit, cur accusaretur Opimus, atque haec fortasse, quod hominem nobilem Q. Catulum in tribunatu laesisset, ut ad illud, Quod in tribunatu, subaudiatur, re uera. INTERCESSISSET contra legem Corneliam; non,

non, ne ferretur, quae lata iam erat ab ipso Sulla, sed, ut lex C. Cottae tribuni pl. de restituenda tribunis pl. aliorum quoque capessendorum magistratum potestate, quam Cornelia lex ademerat, ferretur. est igitur, Intercessisset contra legem Corneliam, opposuisse se legi Corneliae, ut, ea abrogata, Aurelia C. Cottae ferretur. **HOMINIS nobilis** § Q. Catuli. Si VELIM dicere omnia, § Q. Opimum iniuste damnatum a Verre significat, Sullanorum hominum gratia, & auctoritate, sequitur enim: Multi appellandi, laedendiq. sunt. **PAVCOS homines**, § Catulum, Curionem, Hortensem, Sullanis partibus. **FORTVNIS omnibus euertisse**. § ergo, petere multa, bonorum omnium amissionem significat in iudicis publicis, quod exemplo quoque C. Iunij condemnati in Cluentiana cognoscitur. **ORNAMENTA** § senatoria. amissio enim ex illa damnatione senatorio censu, ordinem retinere non poterat: ut nec equos Romanus esse quisquam sine equestri censu. Ex **CALAMITATE senatoris populi Romani** cuius misericordi potius praetor debuit, ordinis coniunctione commotus.

### ORATIO

**N**AM de subsortitione illa Iuniana iudicum nibil dico. quid enim? contra tabulas, quas tu protulisti, audire dicere est difficile est: non enim me tua solum & iudicium auctoritas, sed etiam anulus aureus scribæ tui deterret. non dicam id, quod probare difficile est: hoc dicam, quod ostendam; multos ex te viros primarios audisse, cum dices, ignoscitib⁹ oportere, quod falsum codicem protuleris: nam, qua iniuria C. Iunius conflagraret, ea, nisi prouidisses, tibi ipsi tum pereundum fuisse. Hoc modo ite sibi, & saluti suæ profficeret didicis, referendo in tabulas & priuatas, & publicas, quod gestum non esset, tollendo quod es- set, & semper aliquid demendo, mutando, curando

ne litura appareat, interpolando. eo enim usque pro- greditur, ut ne defensionem quidem maleficiorum suorum sine alijs maleficis reperi posse. eiusdem modi subsortitionem homo amantissimus suorum quoque iu- dicum fore putavit per sodalem suum Q. Curtium, iu- dicem quaestionis: cui nisi ego vi populi, & hominum clamore, atque conuicio resistissim⁹, ex hac decuria nostra, cuius mibi copiam quam largissime factam oportebat, erecta esset facultas bonorum, cum is an- nuerat: in suum consilium sine carissa subsortiebatur.

Desideratur quipiam.

### EXPLANATIO

**N**AM DE subsortitione illa Iuniana iudicum nibil dico. § Iudices, malo, quam, iudicium. Iunius au- tem in causa Oppianici, a Cluentio accusati, iudex quaestionis fuit: & cum Verres praetor iudicis de more sortitus esset; facta reiectione, Iunius ipse, non, ut ait Asconius, Verres subsortitus est. nam & hic subsortitio Iuniana nominatur: & cum hoc loco congruit ille pro Cluentio: Multa a C. Iu- nio petita est, quod C. Verres, praetor urbanus, homo sanctus, & diligens, subsortitionem eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur. Ut omitram, quod hic quoque subsortitio Q. Curtij, iudicis quaestionis, appellatur. Hic igitur Cicero significat, Verrem corrupisse tabulas suas, & su- fulisse iudicium nomina, quae scriperat antea e subsortitione Iuniana, alios autem iudices reposuisse: ut omnis ad Iunium pertinere culpa uidetur: qui propterea, tamquam auctor corrupti iudicij, da- mnatus est. DIFFICILE est. § ironia. IVDICVM § quos reposuerat. ANVLVS § quo tabulas cor- ruptas obsignauerat. lib. IIII. Hinc ille anulus aureus, quo scribam tuum in concione donasti. Ibi- dem: Scriba tuus anulo aureo suo, quem ex his rebus inuenit, ista te ratione uti non sinet. Idem si- gnificat lib. II. cum ait: Et eos in concione anulis aureis donabas. QVOD probare difficile est. § te cum Iunio in illa corruptione consensisse. Nisi prouidisses, § si subsortitionem eius in tuo codice re- liquis̄. INTERPOLANDO, § nouam formam, ueterem sublata, reponendo. translatum a fullonibus. EIVSDEM MODI § ut Q. Curtius in locum eorum iudicium, quos subsortitus erat, alios ex Verris uoluntate supponeret, quemadmodum suppositi fuerant in Oppianici iudicio. SVO RVM quoque iudicium § qui de ipso sententiam latiri essent. IVDICEM quaestionis: § quaesitorem, id est praetorem, hunc non esse, qui Glabronem quaerere in Verris causa recordabitur, facile intelliget. &, cum eum a se reiectum Cicero significat, nimirum de iudice loquitur, qui rejici poterat, non de quaesitore, qui non poterat. Etiam illud adiungo, quaesitorem iurare solitum non esse: at C. Iunium, iudicem quaestionis, ideo damnatum esse, quod in legem non iurasset, ostendit oratio pro Cluentio. Similiter in oratio pro Ro- scio Amerino praetor est M. Fannius, & de paricidio quaerit, qui ante iudex eidem quaestioni praefue- rat, aliud igitur est, iudicem esse quaestionis; aliud, quaesitorem esse. nam quaesitor praetor est; iudex autem quaestionis modo non est praetor, ut hic, & pro Amerino, modo est, ut in Cluentiana Q. Vo- conius. DECVRIA § iudicium. NO STRA § senatorum, qui tum soli iudicabant. postea, com- municatis inter tres ordines Aurelia lege iudicis, tres decuriae iudicium fuerunt. Phil. I. EREPTA esset facultas bonorum, § bonorum iudicium: improbos enim supposuisse Q. Curtius. CVM IS annue- rat: § siue sic, siue, ut alijs placet, Cum ijs, quos iste annuerat, legatur; imperfecta sententia uidetur. Atque etiam, quem oratio finem desiderat, prorsus eum non agnoscō.

III. 149

IN



IN LIBRVM · II · ACTIONIS · II  
CICERO NIS · IN · VERREM  
QVI · DE · IVRIS DICTI O N E · IN SCRIBITVR  
PAVLLI · MANVTII  
COM MENTARI V S



OTA praeturae Siciliensis accusatio quattuor criminum genera complectitur, de iurisdictione, de frumento, de signis, de supplicijs: quae quattuor sequentibus distributa libris, argumento non indigent: nisi si quis singulas cuiusque partes, quae permulta sunt, eiusdem tamen generis omnes, hic uelit exponere. quod hominis otio, litteris abutentis esse uideretur. itaque explanationem aggrediemur, & eo quidem consilio, ut, in locis tantum difficilioribus immorantes, breuitatem, quantum licebit, more ueterum interpretum sequamur.

O I T A N A J Q X H



M. TVLLI